

DIALOGORVM SACRORVM LI- BRI QVATVOR.

Châteillon

*Autore SEBASTIANO CASTALIONE, qui
nunc postremò opus recognouit. Argumenta sin-
gulis Dialogis præposuit & sententias subie-
cit : ex quibus pueri discant officium:
hoc est, quid imitandum sit,
aut declinandum.*



LONDINI
Ex typographia Societatis Stationa-
riorum. 1605.

Cum privilegio.

SEBASTIANVS CASTALIO CHRISTIANIS LECTORIBVS.S.

Sed Os Dialogos, fratres charissimi, compoñimus, ut pueri haberent, vnde eadem opera, & mores Christianos, & orationem Latinam dicerent. Itaque corrum ruditati in primo libro seruiuimus, sermonem facillimo, eoque minus elegantem, & tamen Latino vtentes, & pueris quasi præmanum cibum in os inferentes. In ceteris iam elegantius loqui coepimus. Quod autem Dei nomen, I E H O V A Hebreum usurpauimus, quod nullum Dei proprium nomen latine extat (nisi forte Jupiter, sed id ut pollutum omittamus) id est principio videbitur fortasse durus, tamen vnu mollescat: & quod insuetum au- res raderet, idem vñstatum demul- cebit. Valete.

DIA-

DIALOGORVM SA- CRORVM SEBASTIA- ni Castalionis Liber primus.

AD AMVS. Gen.3.

ARGUMENTVM.
Serpens Eua, & Eva porrò Adamum impellit ad vescendum fructu-
tetto. Deus verò ipsos tres ad totidem penas damnat.

Serpens, Eua, Adamus, Iehoua.



Vñ vctuit vos Deus vesci ex omnibus ar-
boribus pomarij? E. Licit nobis vesci
fructibus arborum pomarij: tanum
Deus nobis interdixit ea arbore, que
est in medio pomario, ne vesceremur
fructu eius, néve etiam attingeremus,
nisi vellemus mori. S. Nequaquam moriemini propterea;
sed scit Deus, si comederasis de eo, sum oculos vobis aper-
tum iri, atque ita vos fore tanquam deos, scientes boni
atque mali. E. Ita planè videtur, & fructus ipse est pul-
cher sanè visu: nescio an sit ita dulcis gustatu, verun-
tamen experiar. Vñb, quam dulcis est: imperiendum
est etiam marito. Mi vir, si scires quam sapidus sit hic
fructus, iamdadum comedisses. Accipe. A. Quando ita
vis, faciam. Ab flagitiis fecimus. E. Quid est? A.
Nonne video misera nos esse nudos? E. Video & me pu-
det: sed, quid nobis faciendum est? A. Texamus no-
bis

A 3

DIALOG. SACRORVM

bis subligacula ex folijs, quibus tegamus pudenda. E.
Bene mones: & est hic sicus folij magnis & aptis huic
rei. A. Sed o nos infelices: videor mihi audire vocem. E.
Iehoua est. Misericordia me: vere or ne deprehendat nos nu-
dos. Abdamus nos in hoc densum nemus. I. Heus, heus
Adame, ubi es? A. Audita voce tua in pomario, territus
sum, & quia nudus eram, abscondi me. I. Vnde didicisti
te esse nudum? Numinam comedisti de arbore de qua
praecepseram tibi ne comederes? A. Comedi quidem, sed
prabuit mulier, quam tu adiunxiisti mibi. I. Quidnam
fecisti mulier? E. Decepta a serpente comedi. I. Quoniam
istud fecisti serpens, tu eris dote stabilissima omnium
bestiarum, omniumque animalium terrestrium, & in-
cedes in peccatum, & vorabis puluerem quamdiu viues.
Quinetiam conciliabo tantas inimicitias inter te &
mu-
lterem, interque semen tuum & eius, ut id conterat tibi
caput, tu autem ei calcem. Te quoque, fæmina, afficiam
plurimis doloribus, & erumnis, ut cum dolore parias, &
tota pendeas ex imperio viri. Et tu Adame, quoniam
morem gerens uxori sue comedisti de arbore, cuius es
interdixeram tibi, habebis terram infæcundam incul-
pa, & ex ea quares viellum laboriose dum viues, cum in-
teriori ipsa procreabit tibi carduos & sentes. Tu vesceris
herbis terra nascentibus, & cum sudore vultus tolerabis
viellum, donec redeas in terram ex qua ortus es: nam
puluis es, & in puluerem redidis.

SENTENTIA.

Obvnius hominis inobedientiam mors intravit in mundum. Disce
quod obedientiam.

CAINVS. Gen. 4.

Ar-

LIBER. I.

ARGUMENTVM.
Deus Cainum damnavit ob fratricidium.
Iehoua, Cainus.

Caine, ubi est Abel frater tuus? C. Nescio, nunguad
sanguis fratris mei? I. Quid fecisti? Ipse
sanguis fratris tui edit ad me clamorem de terra. Quia
obrem veteris terræ infesta, ut que aperto ore hauserit
sanguinem fratris tui, de tua manu: ea non prebeat am-
plius vim suam tibi colenti. Tu errabis vagus per orbem
terrarum. C. Mea culpa est maior quam ut possit remitti.
En ego hodie exterminatus a te, ex ipso solo terra-
rum, errabo vagus per orbem terrarum, fugiens tuum
conspicuum: ita ut qui proximus innenerit me, interfici-
at. I. Imò vero quicunque interficerit Cainum, subibit
penam seipspoli. Quare appovam tibi hanc notam, ne si
quis inciderit in te, perimat te.

SENTENTIA.
Iniusti nequeant ferre iustos. Quæ claram perpetrantur, palam punien-
tur.

LOTVS. Gen. 18. & 19.

ARGUMENTVM.
Abrahamus excipit Genius hospiti, & Iehoua ei prolem promittit,
sororiumque suum de Sodoma eunctione patet facit: idem facit deinde
Lotus, & a Genijs eripitur ex periculo.

Abrahamus, Iehoua, Genij duo, Puer, Sara,
Hagar, Lotus, Vxor Loti,

Sodomitanus.
Vldeo tres homines aduersum me. Non dubium est,
quini sunt defessi de via, præsertim hoc tanto astu:
quare curram eis obniam, ut retineam eos apud me.
Domine, si vis facere mihi gratissimum, noli alio poti-
us diuertere quam ad me. Lanabitis pedes paucula a-
qua adhibita, deinde requiescetis sub arbore. Ego in-
terea

terea curabo vobis parandum panem, ut recreetis animos vestros, deinde pergatis. Hec est vobis idonea causa diuertendi ad me. G. Sic faciemus. A. Iam prope in casam. Sara, sum properè tria sata farine filigree, ex qua deponit facias panes subcinericios. Nam aduentant nobis hostites, quos ego volo accipere lante. Itaque iam curro ad boule: volo enim mactare vitulum, quo costractem opiparè. Tu interea cura, ut nihil desit eis, quod opus sit hospitibus. S. Fiet. Propterea Hagar, incende ignem, tepefec aquam ad defendendum, dum ego promo farinam. Age, iam dum aqua tepefec para mactram. Subige farinam: expediamus omnia que iussit herus. A. Multa eum expeditè puer. Heus Sara. S. Quid vis mi vir? A. Cura nobis luculentum focum. S. tam accensus est. A. Impone abenum. Volo ego hospes meos curari diligentissime atque humanissime. Estne alibi detracta pellis isti vitulo puer? P. Imò iam disiectus est. A. Coniciamus hec frusta in abenum. Ne igit tu plura ligna ut coquantur celerius. Despu-mas. Hagar, instrue mensam: sed foris in umbraculo, sub arbore. Nihil libertius quam viatoribus beneficio, & certe eos negligere inhumanum est. Hospites, omnia sunt parata: accumbite, & vescimini leto animo, Hobetis hic buryrum, habetis & lac. Boni consulte quid adest, quòdque Deus largitur in presentia. Puer, appare eu vittulam. I. Vbi est Sara uxor tua? A. Adest in abernaculo. I. Cum renisam te eadem tempestate a m' ego nunc est, habebit Sara uxor tua filium. S. Habebat, ridiculum. Ego iam vieta sum, & indulgebo uoluptati scilicet cum meus quoq' dominus conseru-
rit?

rit? I. Cur tandem ridet Sara, negans se posse parere, quia consenuit? est ne aliquid quod Iehoua nō possit esficere? Cùm renisam te inquam, anno vertente, habebit Sara filium. S. Ego non risi. Imò verò risisti. Sed iam pergamus consicere iter reliquum. A. Ego comitabor vos, nisi molestum est. I. Egóne ut celem Abramham de eo quid sans facturus, ex quo prefectura sit gens maxima & potentissima, pr̄ quem omnes gentes orbis terrarum sint consecutae felicitatem? Nam certò scio eum precepturam esse suis liberis, & porrò sue in posterum stirpi, ut vivant ex meo prescripto, & colant institutam atque ius, ut ego preſt̄ Abramham quæ promisi: profecto non celabo. Abramame: volo tibi indicare qui sim, & quòd eam. Ego sum Iehoua. Cùm viderem dissipatos esse rumores, ac tot tantisque flagitijs Sodomianorum & Gomorrheorum, statui denenire huc, & explorare, utrum sint planè profligati, quemadmodum accepi fama & auditione, an non sint. G. Nos quidem antecedamus. A. Sed quid? Perdésne etiam bonos vnu cum improbis? Si erunt quinquaginta viri boni in urbe, an etiam perdes? Neque ignorces illi loco, propter illos quinquaginta bonos qui erunt in eo? Absit ut tu sic facias, ut interficias bonos cum malis, sique eadem conditio proborum & improborum. Absit ut tu, qui moderaris totum orbem terram, non facias eum. I. Si inuenero in urbe Sodoma quinquaginta viros bonos, ignorcam toti loco propter eos. A. Facio fortasse audacter, qui audeam alloqui te dominum meum, ipse puluis & cinis: sed tamen si forte defuerint quinque de quinquaginta bonis, an propter quinque excides totam ur-
A 4
bem?

DIALOG. SACRORVM.

bom? I. Non euerit amisi inuenero ibi quadraginta quinque viros bonos. A. Quid si qui id draginta? I. Etiam propter quadraginta abstinebo. A. Quo so ne agere ferai Domine, si pergo quarere. Quid si virginta? I. Etiam sic abstinebo. A. Possum videri audactor, qui alloquar Domini num meum. Quid si viginti? I. Etiam eorum causa non perniciem. A. Interrogabo te hoc postremū, si tibi gravis non sim: quid si decem? I. Propter decem non eueram. G. Nam aduerseris, & nos appropinquamus urbē. L. Video huc aduentare duos hospites. Ibocis obuiam, ut eos deducam ad me. Saluete viri prestantissimi. G. Salve & tu vir humanissime. L. Peto a vobis, ut divertamini in meam domum, vt ibi lotis pedibus pernoctetis, cras repetitur vestrum iter. G. Imò permolliabitus in foro. L. At ego non patiar: duvertimini ad me: accipiam vos si non laeti, at ceriè hilare. G. Fortasse viri tibi graues. L. Incundi potius ne verimini. Tam unib[us] erit gratum vos accipere hospitio, quā n[on] effet accipi a viris, si iste esset. G. Postquam tantopere vis, nocturnus esse pertinaces. L. Ergo sequimini me. Hic est mea domus: intrate: quod bonum sit; Vxor, cura calefacienda aquam ad lauandos pedes horum hospitum: & simul confice pavos coquendos in foco. Vos interea hic requiescite, dum paratur cena. Age iam vror instrue mesam: fac ut omnia sint nitidissima, ne quid offenderet apertos horū. Hospites accubite, viximi late animo his, quae suppeditatur nobis in presentia, divina benignitate. Sed quid? Quē tumultum audio, vror? quis est iste clamor? quae turba excitatur? V. Hei mihi, perigrinus mi vir. E. Quid tandem est malis? V. Tota ciuitas, mi vir, obsecras

LIBER. I.

det edes nostras. Inuenes, sones denig[us] uniuersi circūsidet nos. L. Valde vereor, quō hac causa fuit. Sed audi oclamātes. So. Hens heus Lote, ubi sunt homines isti, qui venient ut te sub nocte? Produc eos nobis, ut eos cognoscamus. E. O Flagitiū! Sed ne trepidate hospites: exibo ad eos, & obserabo post me tamē. Adsum. Quid clamatis? So. Volamus videre hospites qui diversantur apud te. L. Obsecro vos fratres mei, ne tamē scelus faciatis. Sunt mihi duo filii, adhuc à viris integra, eas malo dedere vestra libidini, quām sinere, ut quid nocētis his hominibus, qui cōmisérati se sub presidiū mei tecū. S. Recedo paulisper istuc, ut cōsultemus de ista re. Quid faciemus populares? accipiemusne puellas ea condicione, vt dimittamus iunenes? A. Nō est opus lōga deliberatione. Iste vnu peregrinatur in nostra ciuitate, & nos reget si dijs placer. So. Iā te Lote, peccas multe abūmus, quām ipso: ne tu putes nos velle subiici paregrinis. Agite iunadas cum. G. Recipe te cōfessimū nos Lotē. L. Ofacitus audiūxī! O profugarem & perditam nationem! Obseremus fores firmissime. S. Effringātis fores, occidātis istos adiuvāt, qui cum eis quam possint habitare, venturū ad nos. G. Ne trepidate hospes, nunquam irrumperent vobis iniūc. L. O inaudita requiriāt! Siccū hic violari hospites & peregrinos, quorum ius debet esse sanctissimum? G. Sedate ipsum. Jam videbis ultionē presentē. S. Quid est, o ciues? sumne ego cæcus an oborta sunt tenebrae densissima? Al. Nescio quid accidit alijs, sed ego non magis difficio oculis, quam calcibus. Vbi est ianua? Al. Cane, cane ne incidas in me. Hei mihi, frigifrōe adparietē. A. At ego nescio terkarū ubi sim, ne possum inuenire exitum ex hec loco, neq[ue] ingressum in

DIALOG. SACRORVM

in alium. G. Lote, si quas habes præterea generos, aut filios, aut filias, deniq; quos cunq; habes in urbe educ ex hoc loco. Nā nos quidē iam delebitus hunc locū. Huc enim ad huc ipsum missi sumus à leboum, apud quem increbuit tanta importunitas horum. L. Habeo vobis gratiam, qui habeatis rationem non solam mea salutis, sed etiam meorum. Iam adeo eos. Vx. Valde sum sollicita de meo viro, qui est egressus domo: ita cōfcleralus est hic totus populus. Metuo ne quid grauius patiaratur, etiam à suis. Nam hodie nulla sancta fides est, ne inter fratres quidē. L. Iam redeo. G. Quid egisti? L. Visus sum iocari eis, quorum saluti prouidebā. G. Homines sunt desperati. Pereant, quoniam nolunt servari. Sed iam diluculum est, & tempus ad moneremigrādum esse hinc. Agedum, adiunge tibi uxorem tuam, & duas filias, ne aggregeris ad interitum tam perdite cinitatis. Quid cunctaris? nunquam potest nimis mature vitari periculum. L. Atqui nō videtur emigrandum tam mane. G. Atquinos nō sinemus te perire, quin poris manu educemus & te, & tuā coniugem, & filias. Agite, exeamus ex urbe. Sed caue, si tuam vitam amas, ne reficias post tergum, néne usq; moreris in planicie. Euade in montes, ne pereas. L. Peto à te Domine, ut remittas hoc mihi, postquā tu pro tua benignitate desinuis me tanto beneficio, ut custodi as mibi vita. Certe nō poterat euadore in montes, quin me attingat illud malum, quo moriar. Sed est hic propinquum oppidum ad confugendū, in quo queso ut liceat mibi evadere, & ita cōfculere vita mea: est sūnē perparvus. G. Etiam in hac re indulgebo tibi, vt non exortans illud oppidum. Confer te illo, neq; enim licet mibi facere quicquam, quin tu cō peruerteris.

SEN-

LIBER. I. SENTENTIA.

Dens versatur cum pijs, eisque patet acutum arcana sua, & extremuntur & tueri. Mauit Deus ut innumerabiles impij vivant, quām ut vel vires plures vna cū im illis percerat. Maior est Dei in vacua plūm amor, quām in omnes impios odium, quem quidem eius amorem debent imitari pijs.

ARGVMENTVM.

Abrahamus, iusti: Dei filius suum Isaacum vult immolare. Deinde prohibente Deo, ibat clavis item.

Abrahamus, Isaacus, Genius.

*I*am tertium diem iser facinus, & videor videre procul locutus definitū sacrificium. Vos hic operimini vñam cum asino, dum ego & puer unus illuc, ut adorenus Deum, postea reditari ad vos. Tu Ifasc portabis bac ligna ad cumburendam hostiū, ego feram ignem & cultrum. Eamus. Ifa. Mi pater. A. Quid vis, misili? Ifa. Hic quidem est ignis & ligna, sed ubi est agnus iam immolandus? A. Deus promidebit ipse sibi agnum in sacrificium, fili, nos interea pergamus. Ecce venimus in locum, quem Deus dicebat mihi. Construamus hic aram. Reclī est, disponamus lignum. Nunc fili mi, oportet vt te colligem, macteque quando ita vñsum est Deo optimo maximo, cuius voluntati ressistere nefas est. Ifa. Mi pater, si ita certum est Deo, fiat. Nam didicisti tibi quis parere in rebus omnibus. A. Pater omnipotens, cuius est imperare, obsequor tuis iussis, tibique macto hanc hostiam, hoc cultro, mēa ipsius dexterā. G. Abraham, Abraham? A. Quis me vocat? G. Causa ne afferas manūm pueru, caue ne ledas. Iam enim mibi satis perspecta est tua religio & pietas, qui propter me non pepercis filio, eique unico. A. Hem quid hoc rei est? Sed videōne arietem in dumo harentem cornibus? Salua res est: vnuet Isaacus: hec mactabi-

DIALOG. SACRORVM

mactabitur gravior Deo victimā.

SENTENTIA.

Nihil tam difficile aut durum est, quin id possit, qui credit. Deus secum pietatem remuneratur.

EPHRON. Gen. 23.

ARGUMENTVM.

Abrahamus mercatur ab Hettaiis fundum ad sepulturam Saræ uxoris suæ.

Abrahamus, Hettai, Epbron.

Ego sum peregrinus & aduena inter vos, Hettai, quare tribuistis mihi possessionem sepulchra inter vestras, ubi sepeliam Saram coniugem meam, qua mortua est, ut scitis. **H.** Attende nos, Domine. Tu es quidem princeps diuinus in nobis: tuum est eligere eis nostris sepulchretis, ubi inhumes tuum mortuum. Nemo nostrum prohibebit te suo sepulchro, quo minus sepelias in eo. **A.** Ago vobis gratias, pro vestra tanta humanitate ac liberalitate. Sed si vobis cordi est, ut sepeliam meum defunctum, & auferam eis conspectum meo: concedite mihi præterea ut agatis pro me cum Epronie filio Sigoris, ut attribuat mihi cavernam duplcam, quam habet in extremo sui agris: & attribuat iusto argento, in vestra presentia in usum sepulchri. **E.** Ausculta mihi potius, Domine. Ego tibi dono & agrum, & cavernam agri, & quidem in presentia meorum popularium. Sepeli tuum mortuum. **A.** Imo tu potius auscultia mihi. Ego soluam tibi pecuniam pro agro: eam tu accipe a me. **E.** Domine attende. His fundis de quo aguar inter nos, est quadringentis sicles argenti: si vis sepelire tanti. **A.** Accipio tanti. Et iam appendam tibi praesentem pecuniam. **Vos** Hettei, esto testes, ut Ephron ad dicat mihi in possessionem, quadringentis his sicles argenti, agrum suum duplici caverna, qui ager est è ratione

LIBER. I.

6

gione Mambre, id est, Hebronis, unde cum ipsa caverna, & omnibus arboribus, que sunt uniques in eoso spatio eius. **E.** Addico. **H.** Testes erimus.

SENTENTIA.

Inflitia commendat hominem apud eos, qui non sunt omnino perdidit.

REBECCA. Gen. 24.

ARGUMENTVM.

Dispensator Abrahami ducit Rebecam filiam Bathuelis Mesopotamia matrimonium Iacobu herili filio.

Dispensator Abrahami, Rebecca,
Laban, Bathuel.

Hec heus puerilla, da mibi bibere paululum aquæ ex tua urna. **R.** Imò verò, perlibet: vir optime, homo bibe. Quin etiam ad aquabo tuos camelos, quantum sat erit. **D.** At ego te, pro isto beneficio, dono hac in auro, atque his duabus armillis. Sed age, fac sciam, cuismus sis filia, & an sit in edibus tui patrii locus, ubi possimus pernoctare. **R.** Evidem sum filia Bathuelis, quem Melcha percepit ex Nachore. Straminis autem & pubuli apud nos a fatim est, nec non locus ad pernoctandum. Sed ego curro in oppidum, ut nanciem hec omnia domi, ita ut habeant. **D.** Ago tibi gratias Iehoua, quod non desisti nisi in abundantia & fide Abrahamum huncum meum, cultorem tui: qui me deduxeris per eam viam, qua ventrem domum cognitorum domini mei. **L.** Ain'tu? **R.** Ita est. **L.** Et dono dedit tibi istam in aurorem, & armillas? **R.** Etiam. **L.** Vbi reliquisti? **R.** Ad fontem, & ecce eum tibi apud camelos. **L.** Precor tibi Iehouam propitium, homo. **D.** Et ego te vicissim, vir humanissime. **L.** Narrauit nobis hac soror mea Rebecca, quinam sis, & unde venias. Quod cum primum audiri, statim curari parari tibi dueris

DIALOG. SACRORVM

sorium, & tuis camelis stabulū, ne foris maneat. Quam-
 obrem sequere me. D. Ago tibi gratias pro sancta comi-
 tate & diligentia. Sequor. L. Eamus hāc. Hic sunt ades
 nostrae. Vos curate hos camelos stramine & pabulo. Vos
 afferte aquam lauandi pedibus huius, & comitum. Bene
 est, accumbite. D. Dabitis mihi veniam. Non capiam ci-
 bum quin prius dixero, cuius causa huic venerim. L. Dic
 ergo. D. Ego sum seruus Abramini, hominis, quem De-
 us dixit mirum in modum, ova, capra, bove, argento,
 auro, seruis, ancillis, camelis atque asinis: cui etiam iam
 seni Sarā uxor peperit filium, quem ipse constituit hare-
 dem ei esse, mēque, etiam iureurando astrinxit, ne loca-
 rem ēiū iuptam que esset ex Chananeis, in quorum terra
 habitares ipse: sed irem domum paternam, ibique elige-
 rem uxorem gentilem. Cui cūm ego dicerem: Quid si
 mulier nollet me sequi? Deus, inquit ille, cui ego per om-
 nem vitam parui, tecum mittet nuncium suum, qui tibi
 secundabit hoc iter: ita sumes filio meo uxorem mihi
 gentilem, ortāmque ex domo paterna, hac re exoluieris
 te religione iureirandi, quo te astringo: si forē non im-
 petraueris ut mulier te sequatur. Ita per hanc est mihi
 ut venirem. Cūmque hodie venissim ad fontem, ita cogi-
 tabam tecum. Iehoua Deus heri mei Abramini, si tu
 mihi ades in hoc itinere, da mihi ut me nūc hic stante ad
 fontem, veniat puella haustura, qua mihi roganti det a-
 quam ex urna bibendam, atque etiam aquetetur meas ca-
 melos, ut intelligam eam esse quam destinasti hero meo.
 Vix hec tecum tacitus cogitāram, cūm subito ecce e-
 gressa Rebecca, ferens urnam in humeris, descendit ad
 fontem atque haustit. Et cūm petinissim potum ex ea,
 confusa

LIBER. I.

confessim deposita urna offert, & dicit etiam sese ada-
 quaturam camelos. Ego quis fuī ex ea cuius esset filia? 7
 Respondit, Bathuelis filiū Nachoris ex Melcha. Tum
 ego accommodans fronti ciuius in assem, & manibus ar-
 millas: & summisse adorans Iehouam Deum heri mei
 Abramini gratias egi, quid deduxisse me in regiam vi-
 am ad conciliandam filiam herili cognati filio herili,
 quam ex his argumentis intellexi eam esse. Nunc ergo &
 certum est vobis facere hoc beneficium domino meo, fa-
 cite ut sciam: sin minnīs, nibilo feciūs, ut infīstam altiam
 viam. L. Hac res planè ex Deo orta est, neque nos omni-
 no possumus repugnare tibi. B. Ita habet. Proinde habe
 tibi Rebeccam, tuo scutū visum est Iehoua. D. Gratiam
 habeo Deo primum, qui ita vulnerit: deinde vobis, qui
 non repugnaueritis. Tu verò Rebecca, & vos non recusa-
 bitis huc quantulacunque dona, que attuli in fīstam dei-
 mini.

SENTENTIA.

Deus dirigit pios in viam, eorumque actiones secundat.

IDVMVS. Gen.25.

ARGVMENTVM.

Esaus vendit Iacobē statī prærogatiū atatis.

Esaus, Iacobus.

Imperti mibi de rufo isto, nam rede ornare examinassim
 lassitudine. I. Vende mibi in presentia prærogatiū at-
 tue atatis. E. En ego iam iamque morior: quō mihi istam
 prærogatiū? I. Ergo confirmazib⁹ iam nunc vendi-
 tionem iureirando. E. Confirmo quid vis? Inro, addico,
 nihil facio ins istud atatis pre edulio.

SENTENTIA.

Brevissima voluptas hominem priuat perpetuis bonis. Idem vsu veniet
 impīj,

DIALOG. SACRORVM

impij, qui amore carnalium voluptatum prodigunt bona coelestia.

VENATOR. Gen. 27.

ARGUMENTVM.

Iacobus ait materna prauerit à patre felicitatem Esai, Esau seruit venient, fructu lacrymatur.

Rebecca, Iacobus, Isaacus, Esau.

Pater tuus misit venatum fratrem tuum Esau, me audiente, ut afferat ferinam, ex qua confectum pulmentum ipse edat, eique bene precetur à Iehova: antquam moriatur. Nunc audi filii mihi quod velim à te fieri. Adipecus, & inde afferto mihi duos hædos optinens, ex quibus conficiam patri tuo edulium, quali maxime delectatur, quod offores ei, ut tibi bene precerur, priusquam excedat vita. I. Sed frater villosus est, ego depilis. Quod si forte pater me attrectanterit, putabit se mihi esse ludibrio. Itaque mihi male, non bene precabitur. R. Istam imprecationem ego prestabo nate, tu modò gere mihi mortem. Ia. Si ita iubes, certum est obsequi. Eo. R. Mihi magnopere curandum est, ut agam hanc rem callide & prudenter, ne meus maritus deprehendat fallaciam. Nam ut amat rusticum illum Esau, nunquam eum postponet Iacobus, nisi fraude inductus. Ego verò Iacobum plus amo, & studio eum obrepere in felicitatem, quam conciliabunt patrii preces ei, cui bene ominatus fuerit. Ia. Redeo mater, affero hædos. R. Factum bene: agedum, parem cupediam patri tuo, cuiusmodi scio suauem esse ei in palato. Recte est, parata sunt omnia. Nunc age, indiam te vestimenta pretiosa Esai, que habeo penes me. Hic ornatus te cōdecet. Ia. Quid manus & collum, quid filii carent? R. Vestientur pelle hædorum. Bene habet: accipe hunc escam, atque hunc panem quem confece*t*

L I B E R . I.

fecit. Abi, vide ut agas prudenter. Ia. Dabo operam, Pater. I. Quis tu es fili? Ia. Esau primogenitus tuus. Exequitur sum mandatum tuum. Surge, age vescere ferina, ut mihi bene preceris. I. Quid sibi vult, quod tam crùdus natus es, fili? Ia. Iehova, Deus ille quem colis, obiecit mihi. I. Acced hic, ut te attrellem fili, sciamq; utrum sis ipse Esau, necne. Quid hoc? vox quidem Iacob est, sed manus Esai. Tunc ergo es ipse natus meus Esau? Ia. Planissimi. I. Accede ad me, ut vescar tua ferina fili, tibiq; bene precer. Susvis esca sanè, funde vinum. Ia. En tibi. I. Nunc age, amplectere me. Quād suavis odor venit ad narres meas! Fragras, fili mi, non aliter quād solet ager latius munere loboue. Faxit Deus, ut terra pinguis, irrigata rore calisti, effundat tibi magna copia segetes & vinas. Tibi serviant nationes, te colat populi, dominus sis frarum tuorum, teque reverenter ex eadem matre nati. Qui tibi imprecabuntur, esto execrabilis & infelix: qui tibi bene volet & optabit, esto fortunatus. Ia. Benē gessi meum negotium, mater. Non agnosuit me: & ex attrectatione putauit me esse Esau. R. Benē est: sed Esau iam reuersus parat ferinam quam offere patri. Videamus quid agat: nam nūnquam sallet entra spes. E. Attolle te, mi pater, & vescere mea ferina, ut mihi bene preceris. I. Nam quis tu es? E. Rogas? Primogenitus tuus Esau. I. Totus obstupesco, horroque. Quis ergo is est, qui modo attulit mihi ferinam? Nam ex profus comedì ante tuum aduentum, eique fausta omnia sum precatus: que res rata erit. E. Hei mihi, nunquid causa est, quin ego perpetuè perierim? Attamen mihi quoque bene precare pater. I. Frater tuus rem astu

B

tracta-

DIALOG. SACRORVM

tractauit, abstulitque fauoritatem tuam. E. Ne ille proberem respondit suo nomine, qui me iam bis circumuererit. Primum enim frandauit me prerogativa etatis: deinde nunc intercepit bonam preicationem mibi debitam. Sed nibilne tibi reliqui fecisti, quo mihi faustum aliquid precere? If. Profecto feci eum dominum tuum, statuque ut fratres ei seruirent, cumque muniri frumento, & viro. Quid vi tibi iam faciam fili? E. Solimum id habebas? Imparti etiam me aliquis felicitate. Hec quid agans miser? If. Habebis quidem domicilium minus bonum & à pinguisudine soli, & à superiore ore cali, & viuens gladio seruies fratri: veruntamen erit tempus illud, cum viciissim vinces excutiesque ingum eiusa de collo tuo. E. Non prosul aberit luctus à patre meo. Nam certum est mihi, interficere Jacobum fratrem.

SENTENTIA

Properanda est, & atripienda occasio: sed & plora Iesu. Serò venitur ad collendum mamma post ortum fratrem, aut die sabbati. Serò affteruntur sales post mellum, cum iam nihil superest nisi spicilegium. Serò pulsan foret frater virginem. Serò conabantur intrare pigni portam iam clausam.

JACOBVS PROFGVVS. Gen. 29.

ARGUMENTVM.

Iacobi profugi congressio cum Rachel fratribus.

Iacobas, Pastores, Rachel.

Fratres, unde es? P. Ex Charra. Ia. Ecquid nostis Labanem filium Nachorū? P. Maxime. I. Valet-ne? P. Valet: atque ecce tibi Rachelem filiam eius, hic uenientem cum pecudibus. Ia. Hem diei mulsum adhuc est, nec dum tempus est cogendi pecoris: quin ad aquatis pecudes, deinde ituri pastum? P. Non possumus, do-

nec

L I B E R . I.

4t

nec conuenerint omnes greges quod anoluamus saxum ab ore putei, atque ita ad aquam. Ia. Sed uenit Rachel agens pecus: quid cesso anoluere sivum, ut hauriam ei aquam, atque hanc primam ab ea in eam gratiam? O mea Rachel amplectere me. R. Abstine tu manum, quis tu es? I. Ego sum Iacobus patrulus tuus filius Rebeccae, non continuo lacrymas pra gaudio. R. O felicem aduentum. Sed ego cesso ire in urbem, ut annunciem has meo patri?

SEN TENTIA.

Gaudent mutuo congressu consanguinitati. Sunt autem pii omnes inter se duximus consanguinitatem coniuncti.

LABAN. Gen. 31.

ARGUMENTVM.

Laban fugientem Iacobum assequitur, cum eo iurgatur: deinde fit inter eos scelus.

Laban, Iacobus, Rachel.

Quae ratio impulit te, ut nescio me, abduceres meas filias, tanquam ferro partas? Cur clam & nesciente me aufngisti, neque fecisti me certiorum, ut prosequerer te voluptate carminum, tympanorum, cytharrarum? neque permisisti mibi ut oscularer meos natos & natas. Statim sane fecisti, & erat mibi in manu nocere vobis. Sed Deus vester patruis heri monuit me, ut carem ne te offendarem villare. Verum esto. Profectus sis sane pre desiderio, quod capiebas è domo paterna. Deus vero meos cur furatus es? Ia. Illud feci adductus metu, veritus ne tu eriperes mibi tuas filias. Quod autem attinet ad tuos deos, si quem penes inneneris eos, per me quidem plectatur capite. Noscita, presentibus necessariis nostris si quid tui apud me est. L. Rello dicas. Perscrutabor ve-

B 2

stra

DIALOG. SACRORVM

stra tabernacula. I. Non recuso quo minus vestiges omnia. R. Video me esse in magno periculo. Nam Laban pater meus conqueritur per omnia tentoria suos deos penates quos ego furata sum, meo viro recessente. Quod si factum deprehendetur, concitauero magnas turbas. Commis- scenda aliqua fallacia est, & quidem subito, nam meus pater iam aderit hic. Probè, Inusni viam: obruame eos in hoc sternore camelino, deinde sedebu super, facile eum fallam. L. Rimatus sum acerrimè tabernaculum Iacobii, tum Lie, tum duarum ancillarum. Nusquam inueni. Restat tabernaculum Rachelis: in quo si non erant, mi- rabor. Hoc omnia sunt mihi perscrutanda. Hic quidem non sunt, neque hic. Quid sit hac cœlitrava? Tantum- dem. At in hoc angulo erunt: at non sunt. R. Noli agere ferre, domine, quod non possum assurgere tibi: nam sum in mensuris. L. Perquisiu omnia diligenter: sed nus- quam compcri meos deos penetrales. Ia. Quodnam con- ceperunt scelus, aut quod facinus admisi in te, ut tu me sic persequerere? Scrutatus es omnia mea utensilia: ecquid inuenisti de villa suppelætili tuae domus? Prome- bu coram necessarijs vtriusque nostrum, ut ipsi indicent de vtroque nostrum. Iam viginti annos egi apud te, tua oves & capra nunquam fuerint infuscunda: non come- di arietes tuae ovaria: nihil ad te retulsi erectum feris: ipse semper præstigi dñnum: tu mihi semper imputasti: si quid per furtum amissum est, tam interdiu quam nollù meo periculo amissum est. Denique ea furit mea condi- tio, ut & de die conficeret astu, & de nocte gelu: & in- terea somnus abessest ab oculis meis. Iam hic mihi vi- gesimus annus agitur, cum sum domi tuae. Seruini tibi qua-

ENOT-

LIBER. I.

10

tuordecem annos pro tuis duabus filiabus, sex autem pro oviibus & capris, cum tu interea mutauisti mibi merces decies. Quod nisi Deus patris, videlicet Deus Abrabami, & terror Isaaci, affuissest, tu quidem dimisisses me vacuum. Sed respxerit ille miseras & labores quibus sum perfunditus: id quod hereditatis ostendit. L. Mea sunt ha filia, mei filii, meum pecus, deniq; quidquid hic vides meum est. Et nunc quo pacto optime consulam me- is bis filiabus & filiis quos pepererunt? Opinor si ego & tu serimus fædus, quod sit testimonio utrius nostrum. Ia. Optimè. Ego hic erigam cippum ex hoc saxe: vos mei propinq; accumulate lapides, capiamus cibū super hoc tumulo. L. Hic hodie tumulus erit medius testis inter me & te. Ia. Per placet. Atque ex hac re vocetur Galaadus. L. Aut etiam Mispha, ut significet Deum af- pecturum quid sit à me & te, cum discesserimus alter ab altero. Quod si tu eris durus meis filiabus, aut si duces alias in matrimonium præter eas, tum hac pacta perinde sunt, atque si nulla falla sint. Atque huius qui- dem rei testis esto Deus utriusque. Vides hunc tumulum, vides & huc cippum, quæ extraxi inter me & te: Hie tumulus, & hic cippus testes sunt, neque me adser- sum te, neque te aduersum me transiitrum eos ad no- cendum. Deus Abrabami, & Deus Nachoris, vtriusque patri sunt nostri vindices. I. Ego coniuro per ter- rorem mei patris Isaaci. Atque ut hec sint ratissima, faciam hodie sacrificium in hoc monte, ad cuius epulas vos omnes insuto. L. Concedimus.

SENTENTIA.

Deus subs tueretur ab aduersariis.

B3

IACO-

DIALOG. SACRORVM
IACOBVS REDVX. Gen. 33.

ARGUMENTVM.

Jacobus ex Mesopotamia rediens, Iesum fratrem donis pacat.

Esaie, Jacobus.

O Salve multium mihi frater charissime. Ia. Salve in plurimum germane mihi optatissime. E. Vi te libenter amplector posse longum spatium temporis. Ia. Et mihi profecto iam diu nihil fuit incundiss, quam nunc viderete incolorem. Itaque pre gaudio non teneo lachrymas. E. Nec ego possim non flere, ita totus letitiae gestio. Sed quid sibi vult iste grex mulierum & puerorum, quos tecum ducis? Ia. Vixores sunt & liberi, quibus me Dei, que sua est liberalitas, duxauit. E. Quid autem sibi vult totius ille grex, quem offendit uenientis? I. Volui te eo dono mihi placare. E. Satis multa habeo frater, habebisti tua. Ia. Ne repudias me queso, sita mihi propitium habeo, accipiens a me manusculum. Nam quod vidi factiem tuam, videor mihi vidisse numen quoddam: nec mirum, quia mihi tam facilis fueris. Itaq, queso ut accipias a me manusculum, quod ad te adductum est, postquam Deus pro sua benignitate tam multis bonis me accumulavit, ut nulla re caream. E. Quando urgescat opere, accipio, et si nihil opus erat: age eamus, ego ibo unde tecum. Ia. Scis pueros esse teneros, ouesque & capras & boves pregnantes, quod si fatigentur vel ueniam diem, allum est de oibus & capris omnibus: interibunt. Sed amabo, i pre, ergo pergam clementer & placide prout postulant ea que pre me duco, ipsique pueri donec ventia ad te in Seir. E. Saltem relinquam tibi aliquot ex meis comitibus. Ia. Quid opus? Gergo obsecro mihi uxorem,

SEN-

LIBER. I.
SENTENTIA.

ii

Potentiorum ira comite & submissione est lenienda.

IOSEPHVS VENDITVS. Gen. 37.

ARGUMENTVM.

Iosephum ob inuidiam vendunt fratres mercatoribus Ismaelitis.

Simeon, Levi, Ruben, Iosephus, Iudas,
mercatores.

Ecce vobis somnior illa. Agite, occidamus eum, deiciamus & corpus eius in aliquam specum. L. Sed quid renunciabimus patri de eo? S. Deuorent eum ab aliqua fera. Videbimus quorsum evadant eius somnia. R. Impinguis sit, maculare manus sanguine pueri, idque fratris. Deducimini ab ista mente. Nihil potestis grauius consulere in nos, aut patrem nostrum. Si. Unde tibi incessit ista noua religio? Vis ergo sinamus eum vivere, qui suis in somniis portendit nos omnes, ipsosque adeo parentes, fore sibi supplices? An non dignus est, qui eat somnium apud inferos? R. Frater, si ita futurum est, quod caue: Sin minus quid times? Usque adhuc indignus tibi videtur, si puer imperitus somniauit? Quid potest esse culpe in somniis. Postremo si adeo obsfirmatis animum, neque potestis auocari ab isto & consilio, est hic protinus sine aqua: saltu abstinete manus, demittite in putum, culpa eris aliquanto minor. S. Ruben, tu videris. Nobis certum est, perdere puerum. Io. Plurima salute vos impetratio fratres amantissimi. Si. At nos te malo maximo impetrimus, qui somnias te colla fratribus, quos nunc salutas tam blande. Agite, discindamus vestre hac versicolorem, qua pater eum ornauit, delicatulum puerum: Io. Hei mihi, quid cogitatis mihi facere? L. Nec abimitus.

B 4

Io.

DIALOG. SACRORVM

Io. Ah, ne facite. *S.* Stat sententia. *I.* O fratres charissimi, per Deum optimum maximū, per communem nostrū parentem, qui conficietur mærore, obsecro, obtestor, quid feci? Quid est meum scelus? Qua mala mens vos agit? *S.* Frustrā rogav. *Io.* Fratrem vestrum? *S.* Ceterum est. *I.* Ab uester sum, uester sum frater. *S.* Sardo canis: demittite. *R.* At ego subducō me hinc, non sustinco adesse in tam tristi spectaculo. *Io.* Heu me miserum, quid dectructor? Nimirum ad manus. O Pater, pater, quām tristitia nunciū accipies de filio? In quanto luctu tristes vitā? *I.* Iuda, obsecro tuam fidem, miserere mei, miserere parentū. *L.* Sedeamus hic meridiātari. *Iu.* Video mercatores quosdā venientes: vultis auscultare mihi? Quid profuerit nobis cruenta cedes fratris nostri? Vendamus eum patiūs Ismaelitis, quos videtis venientes. Ne afferamus hostiles manus fratri: abstineamus à sanguine. Nā certè frater noster est, procreatus eodem semine. Agite, finite vos exorari. *L.* Recte ait. *S.* Sed ne foricē. *Iu.* Frater, ne metue, amittes eum venditione, non minus quam noce. *Le.* Ita est: accedit etiam questus ex venditione: quem quantum amitterimus, si eum necaberimus. *S.* Si, si, fiat. *Iu.* Heus mercatores, vultisne emere puerū quendam elegantem? *M.* Fortasse, fac videamus. *Iu.* Extrahite eum è puto: empuri sunt. *Io.* Nunc quidem mihi perehendum est, video, extrahor ad eudem. *Iu.* Ne trepida, non necaberis, sed vendēris. En vobis puerum lepidā formā. *M.* Herclē bellum, & ingenuum. Quantū eum indicatis? *Iu.* Triginta argenteis. *M.* Accipimur. Accipite pecuniam.

SENTENTIA.

Siuidia humiles impellit ad quodvis facinus. Ei: Deus suos non equi.

dem

LIBER. I.

dem deserit, sed ut exploreat, in extreemos angores venire patitur.

IOSEPHVS CAPTIVVS. Gen.40.

ARGVMENTVM.

Iosephus captivus interpretatur somnia prægulatoris & pistoris Phatoniis.

Iosephus, Prægulator Pharaonis, Pistor.

*Q*uid accedit, ut hodie vultu suis adeò maestō? *Pr.* Somnianimus uterque, & caremus coniectore. *Io.* At habet Deus coniectores. Agite, narrate mihi. *Pr.* Videbar mihi in somnis videre ob oculos vitrem, ex qua tres palmites orarentur, qua deinde quasi germinaret, produxit florē, unde vix plene racemis maturescabant. Erat autem mihi in manu poculum Pharaonis, itaq; cepi unas & digne in id expressi, deinde tradidi ei in manū. *Io.* Hac est interpretatio; Tres palmites, tres dies sunt. Hinc ad triduum Pharaon iubebit se produci è carcere restinetque in locum munerus pristinum, stabisq; ei ad cyathos, ut ani. *Quamobrem* ubi adeptius fueris hoc tantum bonum, facito quoso ut memineris mei, praeflesq; mihi hoc beneficium, ut facias mentionē mei apud Pharaonem, meq; extrahas ex hac domo. Nam surreptus sum clām ex terra Hebreorū, neq; hic quidquā feci quāobre copingerer in carcere, *Pi.* Rēcte sine interpretatus es. Sed audi meum quoq; somnium. Tria alba canistra erant super capite meo, in quorum summo inerant Pharaonis omnis generis cibi pistoris, quos indē aues comedebant. *Io.* Accipe coniecturam, Tria canistra, tres dies sūt, Ab hinc tres dies iussu Pharaonis securi ferieris, atque in crucem tolleris, ubi aliates vorabunt tuum cadaver.

Deus piis arcana retegit, idemque viam ad eorum salutem sēpe longē antē preparat.

JOSE-

DIALOG. SACRORVM
Iosephus CONNECTOR. Gen. 41.
ARGUMENTVM.
Iosephus interpretatur Pharaoni duos somnia, ob eamque causam Pha-
rao praescit cum toti Agypto.

Pharaeo, Iosephus.

Somniui quidam quod nemo mibi potest interpretatione explicare. Te autem audio esse coetorem somniorum, idoque te accersui. Io. Evidemus sum per quem Deus interpretetur somnium tuum Pharaeo. Itaque narr. P. Videbar mibi astare ripes fluminis, atque ex eo exierunt septem vacce bene habita, pulchra visa, que pascebantur in carceto. Ecce autem deinde septem alie graciles, & deformes supra modum, & tenus corpore quales nunquam vidi in Agypto, que dehorarent priores: quas cum demississent in sua viscera, tamen id non apparebat: adro semper macie deformes erant, ut prius. Ego somno solutus sum. Deinde rursus oppressus somno, videbar videre septem spicas crescentes in uno calamo, opimis & formosissimis: secundum quas succrescebant totidem alie graciles & tenues & exesa vredine, que dehorarent rursum septem illas generosissimis. Hec ego indicavi coniectoribus, sed nemo est qui possit mibi explicare. Io. Somnium tuum unum est Pharaeo. Deus premonet te eorum que facturus est: septem vacce generosissime sunt septem anni: septem spicas idem, idem volunt: unum idemque somnium est. Septem vero vacce & spicas tenues septem autem sunt anni, quibus famae usquebantur. Hoc idipsum est quod dixi: Deus quod facturus est, tibi indicat. Sic habebeto: Septem annos proximos futuros esse fertilissimos frugum terra presertim in Agypto, quos sequentur alteri, ita infesti penuria omnis cibis, ut late illa ubertate priorum sit omnino consumenda fame. Tanta in-

quibus

Liber. I.

13

quam laborabitur penuria, ut tanta rerum abundantia ne vestigium quidem nullum supersit. Nam quod bis somnia isti, id est factum est, ut intelligas omnino decreatum esse Deo ita facere, idque breui. Quare disisce, Pharaeo, virum aliquem scientem & peritum, quem precicias AEgypto. Praterea curatores & adiles annone qui legendi sunt in AEgypto, cogantque quam maximum numerum frumenti, his proximis septem annis scribis, quod condant nomini tuo in urbes. Ita sit, ut proximo septennio duplas consequaris annonas, quibus AEgyptus defendatur a fame & pernicie, altero septennio. Ph. O salutare consilium, & dignum homine sapiensissimus. An quisquam hodie est, qui eque spirat numen, atque hic? Ergo cum Deus indicet tibi Iosephe tantas res, non est dubium quin tu sis prudentissimus & sapiensissimus omnium. Inquit iam nunc volo ut sis gubernator domus meae, utque omnis meus populus pareat imperio tuo. Major ero te folio tantum. Entrao tibi curam & gubernationem totius AEgypti, atque ad confirmationem huius rei, hunc annullum detractum meis digitis, induo tuis: teque dono hac ueste biffina, & hoc torque aureo: iubeo te uesti curru primo secundum meum: & volo proclamari ante te, Congenulate. Ne vivam Pharaeo, nisi tu unius eris in toto AEgypto, cuius iniussu non audiret quisquam vel mutire. Deinceps iam non vocaberis Iosephus, sed Saphnathopaneus, ut nomine ipso pollicearis interpretationem obscurorum. Atque ego tibi despondeo Asnatam filiam Potiphra pontificis Heliopolis. I. At ego tibi rex pro tanto beneficijs, habeo gratiam, quantum maximam possim dabóque operam, Deo volente, ut

DIALOG. SACRORVM

te, ut nec te mandati, nec me recepti muneris paeniteat.
SENTENTIA.

Deus pios, post dolores & infamia, mira arte euctit ad voluptates & honores. Quod si nō omnibus piis accidet in hac vita, at in futura accedit: nam prima pars vite Iosephi, quā calamitata fuit, umbra est huius vita piorum, altera vero futura. Atque idē dico de Iacobō, & Davide. Ad gloriā venitur per dolores, ad honores per infamiam, ad dulcedinem per amaritudinem, ad aliquid in tem per humiliatem, per mortem ad vitam.

JOSEPHVS AGNITVS.

Gen. cap. 44. &c. 45.

ARGUMENTVM.

Filiī Israēlis reuocati de via iūstī Iosephi, fūti simulatē accusantur tandem Iosephus se ēs aperit.

Prefectus domus Iosephi, Filiy Israēlis, Ruben,
Iudas, Iosephus.

RESTATE viri. Heus vos appello, sūstite gressum. Hoc cincē est humanum factū, aut dignum hospitib⁹, pensare bonum malo? An nesciebatis eam esse, quā berus est solitus potare? At etiam sperabatis eum ignoraturū, qui est diuinus? Malo omnino à vobis factū. Fi. Quid tibi vis, homo, cum tua ista iracundia? Aut quid nos accusas? P. Ita vos Deus amet, ut nesciis. F. Nam qui scimus? P. Sufūrati estis pateram heri mei. Scitis nunc? At etiam ut singunt vultum! Fi. Pace tua dixerimus vir opime: abſit procul à nobis istud facinus. Tute scis ut reportauerimus ad te, vñq; ē ſinibus Chananaorū, argentum repertum in ore ſaccorum noſtrorum: tantum abeſt ut ſuſtulerimus ē domo domini tui aurum, aut argētūm. Ita tecum agemus; Si quem penes deprehensa fuerit patera, ipse moriatur, nos omnes perpetue ſervituti addiccamus. Pr. Imò agemus misiū. Qui fuerit conuietus furti, mihi ſeruus esto: ceteri liberi diſcedunto. F. placet, deponamus ſarcinas ociūs. Hem, ſcrutare ut libet. P. Placet conquirere à maximis ſarcina ad minimi,

Hic

L I B E R . I.

14

Hic quidem non est, neq; hic, ſed profecto inuenietur. Vbi ubi eſt, diu celari non potest. Enge manifestum furtum. Hic eſt in ſacco minimi natu. An etiam nunc potestis negare? Deprehendine ego forem maniſtentarium? F. Aperita res eſt, perijmus funditus. Heu rem misera m̄ in luctuosam. A. vñli vñquā mortales fuerunt aq;ē infortunati, atque nos sumus? Iu. Evidem nequeo ſatis mirari. Atat, data nobis ſunt verba: redēamus properè omnes ad Saphnathopaneam, ſi villa ſu; ſt̄ ſpes ſalutis. Ab pater, quām metuo male, ne tibi accidat, quod metuebas tātōpere. Io. Quid facinus feciſtis hospites? An ignoratis, me unum eorum eſſe qui diuinum? Iu. Quid dicemus domine? Quid loquemur? Quām cauſam afferemus? Deus patet, peccatum noſtrum, ecce nos tibi ſeruos, vñā cū eo apud quem inuicta eſt patera. Io. Bona verba. Imo ipſe vñu mihi ſeruiet, vos redite ſalutis ad patrē veſtrum. Iu. Queso ut leceat mihi paucaliqui apud te, cum bona veſtianam tu quide es alter Pharao. Cum primū huic veñimus, ut iuste ſcis, frumentandi gratiā, rogaſtī nūnam eſſet nobis pater aut frater? Nos reſpondimis, patrēm eſſe nobis ſenem, fratrem q;ā, natū iam annoſo patre, cuius item germanus alter exceſſet vita, illum tam ſolūm reſtare domi cum matre, patrīq; ē ſe chariſſimum, & tu iuſſisti fratre illū adduci ad te, quid dices velle te videre. Nos reſpondimus, patrem non poſſe carere eo, quin moreretur pre mortore. Tum tu interdixisti nobis adiutum ad te, niſi minimus natu frater cōparet nobiscū. Nos retulimus omnem rem patri. Cumq; luberet nos redire huic, eadē de cauſā, negauimus venturos ſine fratre. Pater dicere, ex duobus filijs, quos ſuſtulifſet ex uxore, alterum aferis dehoratūm

DIALOG. SACRORVM.

deoratum esse, nec posse à visum sibi, alterum superesse, qui si abduceretur à se, & aliquid humanitatis accideret ei, non fore in causa ut senex misere interiret. Nunc si reuertar ad eum, neque reducam puerum, quem unice amat, simulatq; viderit me, morietur: arque ita fuerimus auctores miserrima mortis patris nostri, cuiusq; sensus, Atqui ego vas fallus pueri sistendi. Quare obsecro te ut ego potius seriam seruatum apud te pro puero: ipse redeat domum, cum fratribus. Neque enim si tibi me redire ad patrem sine puer, ne videam mala quibus afflictus abiunr, io. Enimvero tam non contineo me, nec possum amplius dissimulare. Vos exite omnes foras. Offrantes mei, ego sum Iosephus. Obsecro estne superstes patet? Quid obstupuisis? Amplectimini me. Ob non continuo lachrymas. Ego sum Iosephus Germanus uestor, quem vendidisti mercatoribus egyptiis in AEgyptium. Proinde ne argimini, nene dolete, quod me vendideritis. Nam hoc totum profectum est à pronidenta Det, qui volunt, ut huc anteuuenirem. Etenim duo anni fame infestis claps sunt: superèst adhuc quinquennium, quo neque semen fiet, neque missis. Quamobrem Deus præmissit me in huc loca, quò sciebat vos esse venturos, ut esset qui seruaret nos, paternaque domum: itaque non vos, sed Deus misit me, qui effecti ut essem Pharaoni pater, totius familie dominus, uniuersis AEgyptijs princeps. Quocirca proficisci minime continuò ad patrem & narratoe ei, me esse & viuum, & magnum, atque gratiosum. Proinde ne cunctetur commigrare ad me una cum tota domo & pecoribus. Supellecilem ne moretur: plurimum enim hic esse. Nam aliam vos in terra quadam feraci;

non

LIBER. I.

15

non procul hinc: ecce vos videtis oculis vestris, videt clarissimus frater Beniamin, ut colloquar vobiscum meo ipsius ore; licet agnoscatis, ut omnia renuncietis patri. O mi Beniamin, tenore ego te? Ut libenter amplector clarissimum mihi capitulum. Agite, amplectar vos omnes. Salute fratres, redditi mihi post longum tempus. F. Salve & tu frater mitissime.

SENTENTIA.

Dens est mirificus, etiam peccata suorum conuerit ad ipsorum salutem.

MOSES EXPOSITVS. Exod. 2.

A R G U M E N T U M.

Moles infans à matre expulitus, repentit a filia Pharaonis & matri ignoranter traditur alienus.

Iocobeda mater Moysis, Maria soror, Thermuthis filia Pharaonis, Ancilla.

HVCUSQUE erafimus clanculum, & iam perhenimus Hadflumen. Nunc exponendum est hic infans puer, ne Pharaon resuscitat eum esse seruatum à nobis, contra summum mandatum atque voluntatem. Nam quòd seruamus eum iam tres menses, fecimus cum magno periculo. Sed melius erat venire in discrimen etiam de vita, quam sinecure vocari tam formosum puerum. O crudelis regem, qui iussit interfici omnes partus marces! Quās multū sunt perempti iussi eius, in ipso ingressu vita: Que est unquam audita tanta immanitas? Infantes ingulariter ipso limine & ingressu vita? O mi filiole, ego mater nisi serva, cogor exponere te hic in papyro? Te, quē tuli utero, quem peperi, quem per tres menses occultaui, & occultarem adhuc si possem. Orem acerbam, mēne, separari à te, sine villa spe tui unquam uidendi? Quid me futurum est? Quid te autem fili, quem hic defero? Verū cùm non possimus quod volumus, velimus quod pos-

DIALOG. SACRORVM.

possimus. Quod meum fuit, feci ut te occultum haberem. Nunc cōmodo te clemente & prouidentia diuine. Vale mīa delitie, vale mī filiole. M. Mater, ego hīc manebō in occulto, si tu permittes, ut videam quid futurum sit. I. permuto, & domū redéo. T. Hic est flumen, quō ventus ad lauandū Vos pedisseque hīc inambulabūs secundūm flumen. Ego cum ancilla concedam in hunc recessum amēnum, & occultum. Seā quid video in papyro, ancilla? Vise quid sit, videtur mihi esse cista. A. Et rēlē videtur, bera. Et quidem est oblitera bitumine & pice. T. e Adfer eam huc. Aperiamus. Ab misere, puer est vagiens, miseret me eius. Ex pueris Hebreorum est. M. vento in summanū spem conseruandi pueri. Accedam. Salve domina. Tu. Quid tu aīs? M. Vis ne vt accersam tibi nutricē ex Hebreis, qua nutritat tibi puerum? T. Bene dicas, accerte. M. I am hīc aderit. T. Bonis auspicijs, huc descendit. Habeo puerum, quem curabō educandum pro meo. Nihil potuit accidere mihi optatiū. Neq; vercor offendere meum patrem, in re tam pia, & humana. Ab scelū est, ingulare partus recentes. At quam elegans est, quam bene natus? Nonne flagitium est necare tales pueros? M. Hic tibi adduco nuricem, domina. T. Mulier, tu educabis mihi & eniries hunc puerum? Ego tibi solūam mercedem. M. Faciam.

S H T E N T I A.

Quos Deus seruare vul̄, eos quidem in summa pericula venire pati-
tur, ac non petire.

D V M V S. Exod. 3.

A R G U M E N T U M.

Iehoua de dum ardente alloquitur Mosēn, cumque mittit in Egyptum, ad liberandos Israhelitas ex servitute.

Moses, Iehoua.

Denuo

LIBER. I.

D Eum immortale, quid monstri video? Dumum ita ardenter, ut tamen non cōsumatur? Libet videre quid hoc sit rei. Ie. Moses, Moses. M. Quis es? Ie. Locus hic sacer est, noli accedere huc. Derrabi tibi calceos de pedibus. Igo sum Deus patriū tuorum, Deus Abrahami, Deus Isaaci. Deus Iacobi. Vidi angūlia populi mei, qui es in Aegypto gemitūq; audiui, quē exprimit viuentia exaltorum operis. Neu labores meorum. Itaque descendit ut cripiam eos ē manibus Aegyptiorum abducam q; ex illa terra, in terram bonā & amplam abundantē latte & melle: quā incolunt Chananei, Hettai, Amorrai, Pherezi, Henai, & Iebusai. Et nunc volo mittere te uā Pharaonē, qui educat populū meū posteros Israelis, ex Egypto. M. Nam quis ego sum, ut adeam Pharaonē, educāq; Israhelitas ex Egypto? I. Adero ego tibi, atq; hoc signo intelliges te esse a me missū. Cūm eduxeris eos ex Egypto, coletis Deum in hoc monte. M. Aḡe, sanē adiuvero Israhelitas, dixerō me missum à Deo patriū ipsorū. Quod est inquietū, nomē eius? Hic quid respondet? I. Sū qui sum. Di-
ces Israhelitis, ero, misit me ad vos: dices in qua, missū ē à Iehoua Deo patriū ipsorū, Abrahami, Isa. & Ie, atq; hoc esse nomen meum immortale, quo nomine volo notari
esse in sempiternum. I mo. 10, connocatisq; senioribus Israhelitis dicio, te à me esse missum, qui tibi apparuerim: quid statuerim eos respicere, liberareq; calamitate, qua opprimuntur per Aegyptios, atque auchore in regionem longē omnium feracissimam. Vbi te audierint (audient enim) adibis tu unā cum senioribus regem Aegypti, quō admonebitis nomine Des Hebreorum, ut finat vos procedere iter tridui per desertā, vestroq; Deo sacrificare.

6

Nec

Nec verò me latet nō permisurum, nisi vi coactus. Quare afflictabo AEgyptum miris modo, ut tandem amittat vos libens. Quin etiam ne abeat vos vacui, ponam populum in gratiam cum AEgyptis, perficiamusque ut mulieres egressure exortentur vicinas & hospites vasa aurea & argenta, & vestiti: quo deinde imposita vestris liberis exportabitis, atque ita compilabitis AEgyptum. M. At enim non habebunt fidem deditis meis, negabunt quod visum mili Jeboniam. I. Quid istic est, quod tenes in manu? M. Virga est. I. Abiuce humi: quid nunc, quid est? M. Perij: serpens est. I. Ne fuge, sed prehende manus eandam eius. Vides rursum virgam factam, ut credant tibi visum esse Jebonam. Ager rursum immite mimum in finum tuum. Educ. Vides tum albam lopram, quam est mixta: nunc refer in finum, educ: vides sanam esse tuerum, ut est ceterum corpus. Quod si primo signo non adducetur, ut fidem habeant tibi: et altero. Si ne dubius quidem prodigijs persuasum eis fuerit, sumes de qua fini, quam vobis fraderis in terram, fiet sanguis. M. Queso te Domine: ne quod ante eram disertus, neque nunc sum post tuum colloquium, nam labore titubantia oris, & tarditate lingue. I. Quis dedit os homini? Aut quis facit munum aut fardum? Quis videnter, aut cecum? An non ego sum? I modo. Ego moderabor tua lingua, tibique suggerans quid sis dicturus. M. Obscro, mitte idoneum aliquem. I. Enimvero odiosus es. Est tibi frater Aharon Lenita: is bene disertus est, scio. Quin procedet tibi obuiam, eq; viso latabitur animo. Et tu praebis verbis, quo voles. Ego verò moderabor tuo ori, & eins: pramonstra boq; quid sit vobis faciendum. Ipse alloquetur populum

pro

prote, erit q; tibi pro ore, tu illi pro deo. Feres etiam manu istam virgam, qua edes portenta. Abi facit.

SENTENTIA

Deus voce balborum deicit hostes suos. Debet eloquentia seruire pietati.

VITVLVS. Exod. 32.

ARGUMENTVM.

Multo pacat Ichouam iratum Israëlitum ob auctum vitulum. Ipse pernas illi uocat.

Iehoua, Moses, Iosua, Aharon, Lenita.

Abi, descend. Iam enim depravati sunt populares Atui, quos eduxisti ex AEgypto. Deflexerunt ciud de via, quam docueram, duxeruntq; sibi ex auro vitulum quem adorant, cui sacrificant: dicuntq; Deum esse, à quo sunt edulti ex AEgypto. Vido sanctum populum esse intratibilem & refractarum. Quam obrem sine me ut irascar, conficiamq; eos, deducamq; ex te gentem magnam. M. Cur exardeas ira in tuos, quos eduxisti ex AEgypto, magna vi, manuq; valida? An ut iacent Aegypti, educti a te militiosi, ut deleres eos in montibus ad internacionem, prorsusq; tolleres ē medio? Quis omittit istam tuam iracundiam, atq; ita ut decet, remitte hanc noxam populo. Memineris Abrahami, Iacaci, & Iraelis cultorum tuorum, quorum posteritatem iurasti te multiplicans ad numerum stellarum, daturumq; ei terram illam, quam possideant in eternum. Ie. Ius oras: hinc remitto. M. Facias ut te dignus es. Ego vero descendeo de monte, cum his duabus tabulis, Ios. Quem clamore audio? Pugnatur in castris. M. Non est iste clamor urgentium vi, aut terga vertentium: sonum audio cantantium. Sed accedamus. Hec mihi, quod flagitium video? Totius totus iracundia ardor; valeant tabule. Ab fratre, fratre, quid tibi fecit hic

C 2

populus,

populus, ut cum obligares tanto scelere? A. Ne irascere domine. Tunc nosti hunc populum, quam sit peruersus. Cum flagitarent a me, ut facerem sibi deos, qui preiuent edulti ex Aegypto, iussi, ut quod quisque haberet ornamenti aurei, dectraberet sibi, & afferret ad me, quod etiam fecerunt, id ego misi in igne, unde effellus est hic vultus. Itaque vides eos nudatos ornamentis: id quod id feci, ut eos notarem ignominia apud hostes. M. Video. Nunc si quis a Iehoua stat, hic ad me. Bene habet, conuenient omnes Leuita. Agite nunc viri fortes, accommodate suum quisque ensem lateri, ite per tota cibra: perimite suum quisque fratrem, amicum, proximum, nemini parcite, nam ita iubet Iehoua, Deus Israelitarum. L. Ita fiet.

SENTENTIA.

Populus, si absit boni magister, sic lumen abitur in granitissimos errores Deus piorum precibus patet a se finit.

CONVERENTES. Num. II.

ARGUMENTVM.

Populus voluntates Aegyptias defecit, satidius coelestion cibam. Et Iehoua conquerenti Moysi pollicetur, tunc illis suppeditaturum: carnem, sed ad panem.

Populus, Moses, Iehoua.

*V*Tinam nunquam emigrassimus ex Aegyptio. Quid enim agimus in hac via sua solitudine? Quis dabit hic nobis carnem, qua vescamur? Nam cum venit in mensa piscium, quibus immunes vescebamur in Aegyptio, tum autem cucumerum, peporum, porrorum, ceparum, alliorum, consenserimus: nihil ante oculos habentes prater nescio quod M. maria. M. Hei mihi quis querimont ai audito? O Iehoua, cur mihi ita aduersus, ita a mea voluntate alienus es, ut nabi imposueris onus tenuis huius populi?

Num-

Nanquid ego populum hunc concepi? Nanquid peperi? Vi mibi habeas cum ferre in sinu meo, quo modo fert nutrix alumnus, in terram quam intrasti maioribus eius. Unde mihi carnes ad tantum populum, qui eas a me cum fletu flagitauit? Non possum ego solus eum sustinere: est enim gravior quam pro me. Quod si isto modo agis mecum, interfice me potius, si quid apud te authoritatis habeo, quam ut videat perniciem meam. I. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israeliis quos sis esse seniorios, & primarios populi: eosque adducito ad oraculare tibernaculum, ibi ad futuros tecum. Ego descendam, & ibi colloquar tecum, demamque spiritu quo preditus es, quo eos asperbo, ut ipsi tecum ferant partem oneris populi, ne tu solus sustineas. Populo autem sic dicio. Lustremini in crastinum, & vescemini carne. Eletus enim vester peruenit ad aures Iehouae, dum flagitatis carnem, & desiderat Aegyptum. Dabit vobis Iehoua carnem quam comedatis: & comedatis non uno die, non duobus, non quinque, non decem, non viginti, sed ad menstruam diem, dum vobis exeat per nares, & faciat nubes: quoniam contemptio Iehoua, qui versatur inter vos, plorantes apud eum, coquerimini vos exisse ex Aegyptio, M. Sexcenta sunt milia pedum huius populi, qui adebat tecum & tu dicas te daturum eis carnes, quibus vescantur per mensam. Nanquid eis malabuntur oves & caprae, & boves, que satis sint? Nanquid vineris pices maris congerentur, qui eis suppetant? I. Nanquid debilitata est Iehoua manus? Iam videbis, evenerit rane que promiserim, necne.

SENTENTIA.

Cupiditas rerum carnalium parit fastidium spiritualium. Et Deus carnalia potentibus in erendum litigatur, sed illa breuis voluptas parit longos dolores.

DIALOG. SACRORVM.

dolores. Cum maxime exibantur carnales voluptatibus, aderit pena.

C A L E B V S . N u m . 1 3 .

A R G U M E N T U M .

Populus de terribilis exploratoribus, desperans de expugnanda promissa terra. Quare iratus Iehova inquit non perueniuntos, exceptus duobus qui confidenter, videlicet Iosua & Caleb.

E x p l o r a t o r e s , C a l e b u s , P o p u l u s , I o s u a , M o s e s , I e b o u a .

Venimus in eam terrā Moses, & Aharon, & Israelite, ad cuius explorationem missi sumus à vobis: & quidem abundat latte & melle: atque ecce vobis fructus illius terra. Videatis quanta sit hac vicia, que in pale portatur à duobus. Videatis & hec mala granata, & ficus. Sed incolas habet fortes, & urbes maximas, easq; munitissimas. Enaci quoq; pregnatos illic vidimus. Amalechites ad austrius incolunt. Hettai, Iebusai, & Amorrai in montanis. Cananei autem accolunt mari & Jordani. C. Ne dubitemus eò proficiet. & inuidere illos fines. Nam sumus superi viatores. E. Minime vero: est enim populus ille fortior quā nos, terra infrausta, saevram habitatorum consumatrix, in qua non nisi immansitudinē homines vivimus. Quid quod vidimus Enacinos de genere gigantei, cum quibus comparati videbamur nobis esse locū? Ie. P. Virnam aut in Aegypto mortui essemus, aut in bac solidine moriamur. Cur enim adduxit nos Iehova in hanc terrā, ferro trucidandos, mulieribus nostris & parvulis prædestrutus? Nonne satius nobis est repetere Aegyptū? Creemus nabis i'peratorem, quo dico reuertamur. Ios. Caueite Israelite, ne quid faciatis, cuius vos postbac pœnitentia. Terra, quām explorantes lustrauimus, terra est bona in primis: si nobis fauerit Iehova, introuerit nos in eam, et qd nobis dabit terram scatentem latte & melle.

Caterium

L I B R . I .

20

Caterium ne rebellate contra Iehovam, & ne illius terra incolas timete, quos nos pra' idjs destitutos, adiuuante Iehova conficiemus. Deponite metum. P. Lapidentur, lapidentur. Ie. Quousque tandem irritabit me iste populus? M. Ies, quousque mihi fidem non habebit tot miraculis per me eduis apud eum? Quin eum peste illata excido ducturus ex te gentem maiorem potentioresq; quam ista est. M. Ergo cūm audient Aegypti (quibus de medio via eripueris hunc populum) cūmq; audient incola istius terra, se iehosua, qui in hoc populo versari, ab eo conseptus sis presens, ipsi oculis, te, cuius nubes supra eum steterit: qui preuerteris ei interdiu in columnā nubis, noctu in columna ignis: qui, inquam, audiuerint hunc populum à te funditus esse deletum, dicent te, quia nequieris intromittere eos in terram, quam eis iuraveras, trucidasse eos in desertis. Quare utere excellenti ista virtute, domine, de qua loquens ita dicobas; I E H O V A ad iram tardus, ad clementiam propensus, culpari & peccata condonans: in poena autem irroganda, parentū culpam in natos & nepotes ad tertiam & quartam stirpem persequens. Remitte queso culpam huic populo, ut tua benignitas postulat, viq; ab Aegypto huc usque remisisti. Ie. Remitte, ut postulu. Veruntamen ne viuam, nisi Iehova gloria replebit totum orbem terrarum. Nam eorum qui viderūt meam gloriam & miracula qua feci, tūm in Aegypto, tūm in solitudine, & me tamen tentauerunt, iam decies, neque mihi obtemperauerunt: eorum inquam, qui me irritauerūt, nemo videbit terram, quām iuravi maioribus eorū. Sed Calebūm meū (quoniam alio animo predi- cū, quām cateri, milis obsequitus est) introducā in terrā,

. C 4

quam

DIALOG. SACRORVM.

quam adiuit: camque possidebit eum progenies. Cras re-
nertimini in solitudinem versus mare rubrum. Etenim
quem ad finem tandem auferam istius in me seculi illi
multitudinis Israëlitarum maledicta. Renuncia hoc esse;
Ne viuam (inquit Iehoua) nisi quemadmodum loqueris
estis audiente me, sic faciam vobis. In isto deo res cadent
cadauera vestra, & omnis vestrum numerus, quoniam quot
recensuit supra vigesimum annum, murmur ait is in me.
Non intrabitis, inquam, in terram in qua promisi mihi col-
locaturum vos. Excipio Calebum Iephunie, & lofiam
Nunis filium. Parvulos queque vestros, quos dixistis
predefuturos, introduciam in terram, quam vos renu-
eritis, eaque portentur. Atque interea dum vestra cadaue-
raper deserta labuntur & consumuntur, liberi vestri ibi-
dem pœnas dabunt vestri meretrici per quadraginta an-
nos quibus vos supplicio afficiemini pro numero dierum,
per quos dies explorauistis terram: tamen annis duabus
prototidem diebus: sentientisque quid sit, in me esse con-
sumacem. Ego Iehoua, & dico, & sine dubio efficiam, ut
huius peruersæ multitudinis homines, qui contra me coie-
rant, consumantur, & intereant in hac solitudine.

SENTENTIA.

Nihil est pernicioſius illis qui docent, minora sperare, quam ferunt pro-
missa Dei, quibus tamen maxima pars hominum credit Deus ignaues &
diffidentes auctoratur, atque deferti, confidente vero iuuent. Tantum quic-
kata in Dei promissis.

BALAAAMVS. Num.22.

ARGUMENTVM.

Afina Balami ab ipso, nata reflitio, verberata loquitur: & Geniuſ,
qui in via obſtabat, Balaamus ali. loquitur.

Balaamus, Afina, Genius.

V2

LIBER. I.

22

VIT te Deus male perdit afina, qua me inuitum do
via auebis in agrum. At ego te protulisti maleficis
onerabo istibus improbus. Ary, ary: quin ergo redi in vi-
am? Nunc sumus inter duas macerias, non licebit tibi
ampius declinari. Hei mibi, attriuit mibi pedem ad ma-
ceriam. At dispaream nisi te male multo plagis. **Ary,**
ary quid hoc monstri, est? Succumbit, at iam faxo te at-
toller: alii qui hic te contundam usque fuisse. **Hem.** **A.**
Quid in te commisi, ut me iam tertium caderes? **B.** Ro-
gatus improba, qua me hic iudicaris indignus? Atque
vinnans mibi es gladius pra manu: nam te hic iam
confoderem. **A.** Nonne eḡ sum afina tua, cui tu semper
haec tenus inequitasti? Nurquid tale solita sum facere
tibi? **B.** Nihil. **G.** Balaams, cur cecidiſti afinum tuum
in mortuus? Ecce ego ipſe veni tibi aduersatum, quia hoc
suer susceptum est conira meam sententiam. **A** fina verò
ubi me vidit, declinavit me iam ter: quod nisi fecisset,
profecto iam te interficiſsem, eam verò ſuiffiſem viner. **B.**
Peccavi fateor: fed non videram te mibi obuiam in via.
Itaque si hoc iter tibi displaceat, reuertar. **G.** Imo eas licet
cum iſis: veruntamen vide ut ea demum dicas, qua tibi
ſuggeſſero.

SENTENTIA.

Falsi vares minus interdui vident, quam iumenta.
TRANSIORDANINI. Num.32.

ARGUMENTVM.
Rubenenses & Gadini impetrant à Moysi sedem trans Iordanem.

Rubenenses & Gadini, Moses.

Hec regio quam Israëlite ceperunt, casis, Iehoua
duce, incolis, regio est apta pecori alendo. Nos autē
habe-

habemus pecus. Quod, nisi tibi molestem est, Moses, licet nabis possidere hanc terram, ut non traiectamus Iordanem. M. Scilicet fratres vestri ibunt in bellum, vos hic ne perueniant in regionem, quam ipsis Iehoua dedit? Ita nimirum feceré patres vestri quando ego eos misi à sent ad fluminum Escoleum, vidissimque terram, fregerunt deinde animos Israélitarum, ne irent in terram sibi à Deo dasam. Quare iratus Deus, eodem die iurauit, nullum eorum qui egressi essent Aegyptum, qui modo excessissent vigesimum annum, visurum terram, quam ipse promiserat Abrahamo, Iсаacо & Iacobо, ed quod non parvissent sibi: exceptio Calebo & Iosua, qui paruerant. Ergo iratus eos duclit ultro curisque, errantes per desertia quadraginta annos, donec tandem desit totum illud genus hominum qui offenderant Iehouam. Ecce autem vos existitis pro patribus vestris, qui augeatis numerum nocentum, ut ira Iehoua in Israélitas incremento augatur. Nam si deseratis eos, duclit eos adhuc per desertia, atque ita perdiduntis hunc populum. R. Edificabimus hic caulis pecudibus nostris, & vobis parvulis & imbellibus: nos vero in armis erimus parati ante Israélitas, donec collocenerimus eos suo loco. Nostrи autem liberi, & cetera turba ad bellum inepit, manebunt in urbibus muratis, ut sint tuta ab incolis terra. Nec reuertemur domum, quin prius Israélite venient sue quisque in hereditatis possessionem. Neque enim cernemus hereditatem cum eis trans Iordanem, quibus obmenerit eis Iordanem, orientem versus. M. Si quidem

re

re prestabitis, quod pollicemini verbis, armarique ad bellum, quotquot potestis ferre arma, Iehoua spectante, Iordanem transmittetis, non reduturi nisi deturbatis a Iehoua hostibus, terraq; subdita Iehoua imperio: si inquam ita ageris, renicieris postea purgati & Iehoua, & Israélites: atque hac quidem lege possidetote terram Iehouam a violence. Sin hac non feceritis, sic habetote, vos peccare in Iehouam, vestrumque peccatum in vos recisum.

SENTENTIA.

Quibus iam prospectus est, si debent exteris quibus nondum prospectum est, adiuuare,

RACHABA. Iosue.2.

ARGUMENTVM.

Rachaba meretrix abditos apud se exploratores Israélitarum, clam dimittit per fenestrā, pacto cum eis de salute sua & suorum.

*Ministri regis Hiericuntis, Rachaba,
Exploratores Habrai.*

Rachaba, nos sumus huc missi à rege, ut abducamus homines eos qui diuerterunt ad te. Venerunt enim gratia explorande totius regionis: proinde vide ut eos producas nobis. R. Ad me quidem venerunt homines quidam, qui ciuitates sunt, me latet. Hi cùm vespera claudetur porta, exierint: nec scio quòd se receperint. Si volletis consequi velociter, assequemini. Saluare est, abierunt. Nunc adeo hospites, quos occulsi in tecto sub fasciibus lini: ut eos seruum beneficio meo. Heus heus hospites: dormitis? E. Nondum. R. Attendite quæ dicam. Non ignoro, Iehouam dedisse vobis hanc terram, nōque omnes incolas huius terra percusso vestri terrore, abiecisse animos: nimirum audiuitis, ut exiccauerit Iehoua

DIALOG. SACRORVM

Iehous mare rubrum, quo vobis pateret iter aberantibus ex Aegypto: vique tractaueritis duos reges Amorreorum, qui trans Jordaniem habitant, Solonem dico & Oggum, quos deleuitis funditus. Queres ubi auditio est, concidimus animis, nec iam quisquam est qui audiat vel muiere in vos. propterea quod Iehoua Deus vester, Deus est tam supra in celo, quam infra in terra. Quocirca iurate nunc mihi per Iehouam, si ego vos demerita fuero meo beneficio, vos quoque parem gratiam relatuos domini mee paternae: & mihi date certum signum quo consuletis salutem mei patris, & matri, & frarum, & sororum, & omnium qui habent, affermetisque vitam nostram a morte. Ex. Fidem damus nec recusamus moribanc regionem, ni vos bona fide conservauerimus. R. Ergo hac lege demittamus vos per funem per hanc fenestram, que propicitrus. Reple est, evanistis. Nunc contendite in montes, ne incidatis in eos qui vos persecuntur, & ibi dum redeunt latetote triduum post tauri. E. Attende diligenter, que dicemus. Cum ingressi fuerimus hos fistula, per quam nos demisisti: conuocabisque ad te rationem vestram familiam. Quod si quis e domo tua foras exterrit, suo id periculo fecerit, nos aberimus a culpa. Que vero erunt apud te, ea si quis attigerit nos præstabilitius dominum. Quod si hanc rem palam feceris, erimus liberi à iure iurando quo tu nos obfrinxisti. R. Placet conditio. Valete. E. Et tu.

SEN TENTIA.

Pons aduerius impiorum iniuriam abscondere plium est, & Deus huiusmodi officia remuneratur.

GABA-

L I B E R . I.

GABAONITAE. Iosue. 9.

ARGVMN FVM.

Iosua decepit us à Gabaonitis, sedus pacificatus cum eis.

Gabaonitarum legati, Iosua.

*A*dsimus huc è finibus remotis, Iosua & Israelite, missi ad faciem dñi fœdus vobiscum, si vobis ita videtur. I. Fortassis habitatatis in finibus hi: quod si est, non est nobis fas inire fœdus vobiscum. L. Nos quidem parati sumus dedere nos in tuam potestatem. I. Cuius estis: Ei unde adesistis? L. Adsumus ex terra admodum remotabim, moti nomine Iehoua Dei vestri. Audiuitus enim famam eius, & quanta facinora ediderit in Aegypto, ut q[uo]d acceperit duos Amorras reges Transjordanos, Solonem Hezebuniorum, & Oggum Easana apud Asfarota. Hac de causa mandauerunt nobis nostri Senatores, & viuunti nostrates, ut sumptu viatico veniremus obuiam vobis, oblatur vobis seruitum nostrum & palliur fœdus vobiscum. Atque ecce panes, quos domi sumpsimus in commecatum, cum sumus profecti ad vos, qui iam marcerunt, micerunt q[uo]d ut videtis. Ha quoq[ue] lagena, quas repleuimus nouas, videtis ut sint lacere. Vestimenta etiam, & calcei nostri, iam detrita sunt longitudine itineris. Quare nolite putare, nos meditari dolens ullum: bona fida agimus, & ut res est, sic loquimur. I. Ergo componemus pacem vobiscum vosque conservabimus, & id iure iurando confirmabimus.

SEN TENTIA.

E: p[ro]ij interdum falluntur. Nam quo minus sunt ipsi maliciosi, eo faciliter credunt alij, eos existimantes ex suo ingenio. Itaque cauenda prijs est cedulata, & cum columbina simplicitate coniungenda est serpentina a statua.

IOSVA

DIALOG. SACRORVM

IOSVA. Ios.24.

ARGUMENTVM.

Iosua concidit populum, in qua commemorat Ichou et erga ipsos beneficia: & populus fecit Ichou feruntur unum proutuit.

Iosua, Populus.

Audite uniuersi Israelite, quamobrem iussim vos
huc conuocari. & quid Ichou Deus Israelite, utrum
iussit me vobis effiri. Maiores vestri olim incoluerunt
trans flumen, videlicet Tharia pater Abramis &
Nachoris, coluerintque deos peregrinos. Ichou autem
illinc euocauit Abramum auborens generis vestri,
eumque perduxit per oras fines Chananeorum, &
auxit progeniem eius, deditque ei Isaacum, Iacobum autem
Iacobum & Esau, Esau assignauit Seir montem possi-
dendum. Iacobus eiusq[ue] liberis descendordunt in AEgyptum.
Ibi cum excreuerent in gentem magnam, numero-
sumq[ue] & potenter, duexabantur ab AEgyptis. Sed Deus
AEgyptios mirè infestauit, tandemq[ue] eductos ex AE-
gypto Israelitas deduxit ad mare rubrum: quo AEgyptis
& quadrigarisi equitibus persequentiibus eorū, inno-
cauerunt Ichouam qui illos arcuit à nobis deus: qna-
dam caligine; immisq[ue] mari, eos demersit, spectantibus
oculis vestris tam inaudita facinora. Cum autem di-
mansissetis in solitudine, introiuxit vos in fines Amo-
reorum transjordanorum: eosque bellum vobis inferen-
tes, subegit vobis: eisque concisis, dedit vobis possessionē
eorum agri. Exiit deinde Balaicus Soporis filius,
Moabitarum rex, qui vos bello laceperit: accersuitq[ue]
Balaicum filium Phagoris, qui vobis imprecatur di-
rus. Sed noluit Deus andre Balaicum, conueritque
impre-

LIBER. I.

23

Imprecationem eius in faustam precationem, & vos inha-
tatus est à manu illius. Ita traxit lordanus, peruenitq[ue]
ad Hiericuntem: & bello resistentes Hiericuntios, &
reliquos populos superauit auxilio Dei: qui quasi
missis ante vos vespis, egit vobis in fugam duos reges
Amorreorum: nullo vestro vel ense vel arcu: vobisq[ue]
debet & agrum non vestro labore cultum, & urbes ab
alijs quam à vobis edificatas, quas incoluitis: vineisque
& olivetis, que non semistis, visitis. Quibus de causis
vererini Ichouam, eumque vere & sincere colite: &
austeri deos, quos maiores vestri coluerunt trans flumen,
& in Egypto. Quid si non placet vobis seruire Ichouam,
difficile hodie virum seruituri sitis diis, quibus
seruitur conditores vestri trans flumen, an diis Amo-
reorum, quorum fines habitatatis. Nam ego quidem
& domus mea, seruicimus Ichouam. P. Absit, ut omisso
Ichoua, seruiamus aījs diis. Nam Ichoua Deus noster
est. Hic eduxit nos maioresque nostros, ex Aegyptiaca
seruitate: idem fecit in oculis nostris mira illa miracula,
& nos custodiuimus in omni itinere quod consecrimus, &
inter omnes nationes, per quas iter fecimus: fugauitq[ue] no-
bis omnes gentes, & Amorreos incolas. Nos quoque co-
lemus eum: est enim Deus noster. I. Non poteritis colere
Ichouam, est enim Deus sacrosanctus, Deus ritualis impa-
tiens: non feret vestra delicta & peccata. Quid si
eo reliquo coletis deos peregrinos, auertetur: & vos non
minus multis malis conficiet quam ante bonis affect. P.
At eum cogemus. I. Ergo testamini, vos diligere nobis le-
boham ad colendum? P. Testamur. Itaq[ue] tollite deos istos
peregrinos, & expiate animos vestros Ichouam Deo Isra-
elita-

elitarum. P. Ichouam Deum nostrum colemus & eius dicto audientes erimus. I. Igitur consignabo huc literis. Et ergam hoc ingens saxum sub hac queru, quod testis erit (vixote quod audieris omnia Ichoue ad tuos dicta) si forte regeritis fidem Deo vestro.

SENTENTIA.

De feruari bonorumque datum, feruiri debet.

IAEL. *Indicuim. 4.*

ARGUMENTUM.

Iael Sifera Cananorum dolo recidit.

Iael, Sifera, Baracu.

Diuerte ad me Sifera: quo fugis, diuerte ad me tuio. S. Bene nunc. Sed ubi abdes me? Bono animo es: sub hoc centone, hic lutebis tutissime. S. Amabo te: mihi paululum aqua, quod bibam, nam uultus sitio. I. Imo lac dabo ex hoc fino, quod melius est aqua. Hembibis. Nunc quiescito, ubi texerote hac fragula urte. S. Sed ita ad ianuam case, ut si quis me queret, neges me licet esse. Fiet. Nunc demum facinus edam maius famine a manu. Quid hoc? Gestis animus uhet quod audere vole: scilicet hostem Dei & bonorum. Periit Sifera fauinet ut, faminea manu interimeris. B. Quis mihi nunc, quis demonstrat quod fugerit hostis? Quem ego si affecius fuero, disperream nisi ei animam eripio malis modis. Sed quod se surripuit? quod fugo? I. O Deum immortalem qui intum facinus feci? Quia intam laudem innuerit Iael? Sed videtur Baracu? Ipse est, sectatur hostem iam inacentem. Barace huic sis ad me, ut tibi commonsstrarem hominem quem queris. B. Obscero, est ne is apud te? I. Videlus. Probsuperi, quid video? Sifera incenit humi exanimum? Quis hoc fecit? I. Muieris factum vides.

B. At

B. At non muliebre tamem. Sed queso, tunc hoc fecisti? I. Ipsares indicat. B. Video: sed narrabesco, quo pacem egeris. I. Vidi fugientem, iussi ut ad me veniret, cumque operi centone, deinde cum iam quiesceret, cepi clausum, quem malleo adegi in tempus eius. Ille pronolutus ad pedes meos, efflans animam, B. Vt inam sic persant quod-quot aduersantur Deo.

SENTENTIA.

Turpi morte digni sunt, qui Deo aut eius populo aduersantur. Debili-um manu vincit Deus fortis.

GEDEON TRITVRANS.

Indicuim. 6.

ARGUMENTUM.

Genius Gedeonem mittit ad debellandos Madianitas.

Genius, Gedeon.

Ad isti tibi Ichoua, vir fortissime. G. Queso te Domine, si adest nobis Ichoua, cur tam dira patimur? Ubi nam sunt tot eius mira facinora, que nobis narrarene maiores nostri, nos ab eo esse eductos ex Aegyptiis cum nos nunc deseruit & addixit Madianitas? Gen. Vade cum iha ista virtute, & defende Israelitas a Madiani-atis. Ego sum tibi auctor vadendi. G. Amabo te domine, qua tandem re defendam Israelitas, qui sim tenuissimus omnium Manassentium, & minimus totius paternae fa-amilie. G. Adiuuante me, concides Madianitas ad unum. G. Queso te, nisi molestum est, ut signo aliquo mihi confir-imes te eum esse qui tecum loquare. Noli discedere hinc, donec redeam ad te, & exprimam dapem, quem faciam spudite. Ge. Prestolabor tibi. G. Paraui omnia. G. Pone carnem, & panes non fermentatos super hoc saxo, & ef-funde ins. Ge. Hei mihi, ignis consumpsit omnia. Ichoua

D

Gen-

DIALOG. SACRORVM

*Genius est: me miserum qui viderim Genius Iehoma.
G. Saluus es, pone metum, non ideo morire.*

SENTENTIA.

Dei opere quibus quidam patet.

GEDEON. *Indicium 7.*

ARGUMENTVM.

Gedeon deledum habito, dimissi que domum imbellibus, castra Mafia. nitarum noctu exploxi: deinde cum trecentis milibus aggressus pro- sagit.

*Iehoma, Gedeon, Preco, Phara, Madianita, alter
Madianita, Milites.*

Gedeon tu nimis multos habes milites. Quid si cum
Gisti copiis viceritis hostes, Israelite iactarent se
victoriis adeptos esse suo Marte, atque ita non ego lan-
darer, sed ipsi, id quod detraheret mee gloria. Prinde
cura ut proclameris in exercitu, ut timidi repeatant do-
mum & descendant ex monte Galaado. G. Preco indi-
ca timidis & cateris discessum secundum legem, ut no-
sti. Pr. Audite audite milites. Si quis adificauit nouam
domum, neque dedicauit, is domum repetito, ne si in pre-
lio occubuerit, alius eam dedit. Item si quis vineam
confessit, neque profanauit, domum repetito: ne si occu-
berit in prilio, alius eam profanet. Item si quis uxorem
desponsauit, neque duxit, domum repetito: ne si in pre-
lio occubuerit, alius eam ducat. Item si quis timidus est
& molli animo, domum repetito: ne animi sui mollitie
efficerinet animos aliorum. G. Reile est, restant decem
milia: discesserunt viginti milia. I. Sed ne sic quidē satius
pauci sunt. Nam quo pauciores erunt, cōmibi gloriosior
erit victoria. Deduc ista decem milia ad aquas: ego eos
illic tibi probabo, & ostendam, quosnam velim ut re-
cum, quos ueniam. G. Agite milites, descendite ad a-
qua.

LIBER. I.

26

gaze. I. Da operam ut quicunque lambent aquam lin-
guæ, more canum, hos fecernas ab eis qui ad bibendum
procubuerint in genua. G. Ita fallitur est. Supersunt tre-
centi qui ducti ad os manus lambent aquam: reliqui
omnes proni in genua biberunt. I. Per istos trecentos da-
bo tibi victoriam Gedeon: & Madianitas tibi dedam.
Quocirca iube reliquis omnibus, ut dominum repetant. G.
Ita dominum Israelite, exceptio his trecentis: & nobis re-
linquite commearium & tubas. I. Gedeon descendens dum
nox est, ad castra Madianitarum, ut intelligas me ea ti-
bi tradere. Quod si solus descendere viseris, descend
una cum Phara famul' tuo, ut audiatis qui dicentur, ut
tua confirmiris ad intrudenda in istra. G. Phara, descendamus
clanculum in vallem, ut exploremus quid animi
babean hostes. P. Placet. G. Cane ne strepitum edas, hic
est via. P. Tace, tace, here. G. Quid est? P. Ius non pro-
cul absimus à castris. G. Sic habet, audio stertentes: hic
sunt extremi armorum. Sed tace, nec scio quis loquitur.
M. Scin' tu quid ego somnianterim? Al. Sciam si dixeris.
M. Panis hordeaceus videbam ut mihi voluere se cano
strepiu per castra Madianitarum, qui tandem delatus
est ad tabernaculum, quod v. lida vi impulsam, & labefact
factum, à culmine derexit. Al. Vis tibi cerio interpre-
ter? Ensis est procul aubio Gedeonis filii Iehoma Israe-
lite, cui in manum dedit Deus & Madianitas una cum
uniuersis castris. G. Audisti. P. Atq. equidem libenter.
G. Satis habeo: nostra est victoria, redeamus ad nostros.
Habemus tibi gratiam, Deum immortalis, qui nobis
bene fortunas hoc coſtiluit. P. Non est dubium quin
perierint Madianita. Ofelicem noctem, & quonic etiam
die

D 2

die clariorem. G. Adeste viri, expurgescimini, vicimus: Deus dat nobis castra hostium. Sed audite diligenter quae dicam. Distribuamus vos in tres classes, feretis singuli singulas tubas manus, testasque vacas, & in testis redas: sed videte ut imitemini me. Cum venero ad extrema castra, facitote ut videritis me facientem: cumque audieritis meam tubam, & eorum qui erunt mecum, vos quoque repente collidote testas sumptusque manus leua tedi, dextra tubis, clangitate, & magnum strepitum circum castra editote, simulque proclamatote, gladius Iehouae & Gedeonis. Auditne? M. Audimus & meminerimus. G. Vadamus. Iam ferè media nox est, ventum est ad ultimam partem castrorum: vos ambite castra, sed exigitur custodes, clangamus properè. M. Gladius Iehouae & Gedeonis. I. Pauc. G. O Deus immortalem, quid aut sese mutuis vulneribus. M. Ut cadant crabi? Iam instate viri, urgete, consequimini, sequamini, ut et tanto numero nullus evadat.

SENTENTIA.

Christinum bellum (quod in Gedeonem admiratur) à voluntariis, non coadiut, gerendum est, & praefat esse pax, os alacris, quam multos ingens. Studi duces militis numerant, sapientes penderant.

IEPHTHA. Iudicium. II.

ARGUMENTUM.

Iephtha persuadent Senatores Israëlitarum, ut se militiè ducem præbeat aduersus Midianitas.

Senatores Israëlitarum, Iephtha.

Missi sumus ad te, Iephtha, ab Israëliis, ut à te possumus, ut præbeas te nobis ducem ad gerendum bellum

LIBER. I.

bellum contra Ammonitas. Scimus enim, te esse & corporis & animi labore preditum, eaque peritia belli, ut nemo hodie possit id præstare melius. I. Enim uero vos exegistis me domo paterna pre odio: cur nunc venitis ad me, rebus aduersis? Cur non potius retinuistis me, cum non egeretis, ut esset vobis copia mei, cum egeretis? S. Noli questo Iephtha, meminisse iniuria. Si nos non rectè fecimus, qui te expulimus, tu rectè facias, si maleficium penitabis beneficio, & innocentiam tuam magis commendabis. Quod si nobiscum profectus fueris & debellaueris Ammonitas, constitueremus te principem omnium Galaaditarum. Aique ita fiet, ut tibi longè plus sit boni, quam quæta fuit iniuria. I. Ergo si renouaueritis me ad debellandos Ammonitas, & Iehoua subegerit eos mihi, obtinebo principatum in vos? S. Contestamur Iehouam, nos esse facturos isto modo. I. Persuafsis. Eamus.

SENTENTIA.

Præstantes virtus, licet eis in præsentia non egeas, retineri debent in eis futuros.

RVTHA. Ruth. I.

ARGUMENTUM.

Noemim ex Moabitæ discendente in Israëliticam terram, quamvis diffudentem, comitatur pre eius amore Rutha, cuius quondam natus,

Noemis, Rutha, & Orphæus natus.

Postquam Deus cepit misericordiam sui populi (ut pacem accepimus) eumque lenauit fame, que coegerat me & meum virum & liberos confugere hic ad Moabitæ, iam nihil est quod velim diuini agere in regione aliena. Sed vobis, mea nuras charissima censeo redeundum suam cuique in dominum patriam, postquam estis priuata viris. Iam satis me comitare estis. Ita sanc secundo Deo, quem precor, ut vobis rependat pietatem, qua uisa estis

DIALOG. SACRORVM.

in mortuos, & in me. Det in qua in vobis lebona, ut nesciamini quietem suum utraq; apud marium: Amplectimini me charissima coniuges meorum olim filiorum. R. Heu nos miseris, siccine disiungemur a te? Abs non fiet, suauissima socrus: qui in ibimus tecum ad tuos populos. N. Nihil opus est, mea filia: an putatis me adhuc vetero edituram filios, qui fuimus sine vobis viri? Reservatimini potius mea filiolae, abs te. Non ego quidem grandior sum, quam ut sim apta viro? Sed fugere non abesse spem, neque tradi viro vel in proximam noctem filios: quis gignere, an estis expectatae, donec adoleuerint? Poterisne iam diu durare sine viris? Non ita fitiole: parendum est necessarii. Evidem valde angor vestro discessu, sed nolo repugnare urgenti Deo. O. Vera predicas: melius est renerti. N. Si sapis, amplectere me. Vale mea quondam nra. O. Vale & tu mea quondam socrus. N. Vides Rutha ut tua fratria repetat patryiam, & deos penates? Quid apud me haeres. Renerti re una cum ea. R. Ne me urge de te relinquenda. Nam quo tu cunq; ibis, ego ibo: ubi tu commoraberis, ego commorabor. Communis mihi tecum eris populus, communis Deus. Tecum vivamor, tecum una humabor, ita omnino statui. Atque ita mihi habeam Iebonam propitium, ut una more essem a te separatura. N. Postquam ita animum obfirasti, nolo improbiis obfissere tuo studio. Examus sanè Deo bene fortunante.

SENTENTIA.

Deus qui Deum Deinde populum anteponunt & parentibus & patriæ, eos Deo largè remunerantur.

BOOVS. Ruth.2.

ARGUMENTVM.

Boozus conatur alloquuntur Ruthā spicas legit, etiaspietas collaudet.

Boozus,

LIBER. I.

Boozus, Messores, Curator messis, Rutha.

Adūt vobis Deus. Messores. M. Et tibi bene omnia secundet. B. Quæ est ista puella, Curator, quæ hic vobis spicas legere? C. Moabitæ est, quæ huc sequuta est Noemum remigrantem ex agro Moabitarum. Ea rogavit: v. liceret filii legere spicas post messores: id quod adhuc fecit à manæ: tam paulum manet domi. B. Audi filia, ne inseris in agrum alium ad colligendas spicas, neve hinc abieris: sed herero apud meas ancillas, & videto ut sequaris eas, in quæcumque agrum ibunt messum. Ego vestabo, ne famuli sint tibi molesti. Quod si sities, petes porum ex eisdem v. sis, quibus ipsi lauriunt. R. Quidnam est in me, quæ vobrem digneris ita respicere me, cum sine peregrini? B. Perlatum est ad me, qualem tu te praestiteris erga in h. m. socrum post obitum viri tui: utique relieto vroque parente, terraque patria, contuleris te ad populum tibi ante ignotum. Quod factus lebona Deus Israhitarum repperit tibi cumulaustissimo premio, sub eius quasi alaram praesidium tu te receperis. R. Agnosco tuam gratuitam benignitatem, & misericordiam, qui tam comiter confirmes animum meum consolando, cura stamen indigna sim, quæ vel in ancillarum inquit numeris veniam.

SENTENTIA.

Pij fauent oj. cisque benefacient.

DISCALCEATVS. Ruth.4.

ARGUMENTVM.

Boozus, reculante altero propinquu, emit bona Noemis, Ruthamque ducit vxorem.

Boozus, Propinquus Rutha, Senatores.

Hec in qui hac transi, ades dum, paucis te volo.

D 4

DIALOG. SACRORVM.

P. Quidnam id est? B. Consiste hic paulisper, dum euoco aliquot de Senatoribus ciuitatis, qui transiunt per banc portam, ut adjungit hic in hoc negotio: nam seria res est, egetq; testibus. Heus vos Senatores, que si vos ut accommodetis huic nobis aliquantis per vestram operam. Non faciemus longius. Sen. Adjungimus, dic quid velis. B. Partem fundi, qui sicut cognati nostri Elimalechi, venundat Noemis, reuersa ex agro Mabitarum. Hanc rem visum est mihi, ut tibi significarem, ut si empturus es, emas in presentia senatus nostri: sin minus, indices mihi. Nemo est enim cognatus propinquior te, secundum quem ego sum. P. Ego vero emam. B. Sed cum fundum emes a Noemis & a Rutha Moabitide uxore demortui, emes ea conditione, ut ipsam Rutham ducas in matrimonium, ut suscites nomen illius in eius hereditate. P. Non licet mihi bac lege emere, ne corrumpam patrimonium meum. Emme tu si vis, meo loco: mihi quidem emere non licet. Atq; in eius rei testimonium accipe calceum meum de manu mea. Ego quemadmodum exi me hoc calceo: ita, restor me cedere tibi meum ius bac re. B. Vos senes & populares, hodie mihi testes eritis, ut ego emam omnia bona Elimalechi, & Cetionis, & Machlonis a Noemis, ut q; misbi vendicem in matrimonium Rutham Moabitudem, contingem Machlonis, ut consulam nomini demortui in eius hereditate, ne eius nomen tollatur eius consanguinitate & patria. Vos hodie testes nuncupo. S. Testabimur. Faxis Iehoua, ut mulier ista que intratura est tua domus, tam sit facta, quam fuerunt Rachel & Leo, que due prole instruxerunt domum Israeliticam: ut quoque egregi quid facias in Ephrata, & tibi nonsinis famam con-

pares

LIBER. II.

26

pares Bethlehem: fiat ergo domus tua similis domui Pharis quem Indus sustulit ex Thamare, progenie tibi à Iehoua data ex puerula.

SENTENTIA.

Quivult defuncti possessionem, habeat & viduat.

Quivult quod placet, habeat & quod displaceat.

SAMSON. Iudicum. 15.

ARGUMENTUM M.

Samson vincitus, ad Palestinas, deductus, abruptis vinculis occidit maxilla aeni mille viros.

Judai, Samson, Palestini.

AN nescis Palestinos babere imperium in nos? S. Scio. I. Cur ergo incendiisti segetes eorum, magno nostro malo? S. Par pari retuli. I. Atq; si hic venimus, ut te vinculum dedamus eis. S. Siquidem iure iurando confirmatis, vos non illatueros mihi manus violentas, vinciat licet. Iu. Fidem damus. S. Agite, colligate, disseste, abducite quantum potestis. P. Euge adducatis ille hostis noster capitalis, qui immisit sceleratas faces in segetes nostras, nunc nunc vlciscemur. Nunquam hodie effugies Samson, hic tibi finis adest vita. S. Agite vero siquid animi habetis, aggredimini vinculum: experiet tamen siquid habeo solitarum virium. Erge. P. Perimus, abruptis vincula, sed inuadamus undique: non euadet: presterimus nos viros. S. Sed unde mihi telum? Ecce autem commodum sece offert bac maxilla aeni, hac prebeat vicem clavae. Pugnate viri pro virili. Sentietis qui vir sim. Hem tibi, qui primus me lacefis, primus perito. Et vos qui hic tam densi congregati estis, sentite qua sunt vires Samsonis, qui vincit inermis armatos. Heus cogitatis pugnare pedibus. Quo fugitis? Hic adest hostis, ne perdite viatoriam. Tu quidem hic iacebis, tu quique adiu-

DIALOG. SACRORVM

*ad hunc ei eomes: dormite. Euge Samson, quoniam
cedem fecisti? Maxilla asini, quoniam stragam cedisti?
Maxilla asini prostrans mille viros.*

SENTENTIA.

*Qui D[omi]ni spiritu prudit[us] est, ini[ust]it[us] non est, frusta que constit[ut]antur domino
sop[er] vultu[m] celis vlaescunt hostes tuos.*

DIALOGORVM SACRORVM LIBER SECUNDVS.

ELIS. 1. Regum 3.

ARGUMENTVM.

Iehona Samueli predicit, se[ci]e animaduertitur in dominum Elii Saue-
doru[m], qui in filios suos non animaduertitur.

Iehona, Samuel, Eliis.

Samuel. S. Quid me vis? Accurras, Adsum vici-
scatis a te. E. Non vocasti: redi cubitum. S. Fiet. I.
Samuel. S. Adsum Eli, nam vocasti me. E. Non te voca-
si filii: redi cubitum. S. Faciam. I. Samuel. S. Adsum,
nam vocasti me. E. At at, nunc demum intelligo quid sit.
Discede cubitum: quod si te vocauerit, respondet: Lo-
quere Iehona, audio. S. Faciam. I. Samuel, Samuel. S.
Loquere Domine, audio. I. Ego sum quiddam facturus
in Israeltiis, quod quisquis audierit, prouersus obstupescet.
Sum enim aliquando importunus in dominum Eliu om-
nia que decrevit, & rem ad exitum perduclurus: eisque
offensurus, me persecutorum culpame in, in eius dominum,
in perpetuum: qui cum sciret filios suos male audire, non
animaduertitur in eos. Quam ob causam iure, hanc no-
xiam nullo unquam vel sacrificio, vel libamine, Elii po-
sericata remissimur.

SEN-

LIBER. II.

SENTENTIA.

30

Quidiu[m]ne voc[er]i non est afflictor, eam interdum esse putat homines,
peccantes natus non punire, grau[us] peccatum est. Parentum quoniam bo-
torum indulgentia perdit natos. Nam qui verē & sapienter amar, cali-
git, sed ne quid inostre imm[or]tale dicere fuit.

S A V L V S. 1. Regum. 9.

ARGUMENTVM.

Saulus querens animus patris, ut confutatur Samuelus vatem, & ab eo
discutatur futurum regnum.

Saulus, Puer, Puella, Samuel.

Enimvero satis iamdiu conquisiuitus asinas, neque
inuenimus. Reuertamur dominum puer, ne pater meus
omis[us] asellus, sit sollicitus de nobis. P. Non censeo rede-
ndundum esse, re infecta. Autem esse diuinum quandam,
& grauem virum in proximo oppido, qui quicquid dicit
futurum, evenit. Conueniamus eum, si forte indicet no-
bis id cuius causa venimus. S. Sed quid offeremus homi-
ni? Nam etiampene exhausta sunt pera nostra, nec ha-
bemus quod dono demus ei, & ire vacuos religio est. P.
Tace: est mihi in praesentia quadrans scili argentei,
quem dabo ei, vt indicet nobis quam viam insitamus.
Olim inter Israeliitas qui ibant consultum Deum, dice-
bant se ire ad videntem: nam qui hodie dicuntur vates, o-
lim vocabantur Videns. Saul. Reelli mones, eamus. In-
gredendum est hoc ascensu arduo. Sed video puellas,
que exerunt aquarum, adeamus eas. Henc puella, an non
hic est vates quidam? Puel. Est: & quidem incidetis in
eum, si pergetis: properate modo, nam hodie veniet in
oppidum, quia populus facturus est rem diuinam in sa-
cello. Simul ac introieritis in oppidum, offendetis eum,
antequam ascendat in facillum epulaturos: populus e-
cum non inibit epulus ante aduenium eius, quoniam eius

of

est consecrare sacrificium: postea epulabuntur initiati.
*Itaque ascendite: non est dubium, quin inuentari situm
 eum. S. Habemus gratiam, ascendamus in oppidum. S.*
Vide adolescentem hic venientem unam cum puer. Ni-
mirus hic est, quem heri predixit mihi Deus ventu-
*rum ex regione Beniamitarum, ut eum vocatione creem
 imperatores Hebraeorum, ut eos vindicet ab iniuria Pa-*
lestinianorum. S. Amabo te, indica nobis domum tuam. S.
Ego suns ille: concende ante me hunc collum: hodie e-
pulabimini necum, dicinde dimittam vos manæ, & indi-
cabo vobis quidquid cogitatis cum animis vestris. Quod
*attinet ad asinas perditas, tertio abhinc die, (tunc es tu
 anxius de eis) reporta erant. Sed quorsum de assellis? Ad*
te veniamus. Debes estimare, te esse columnam totius no-
*stra nationis omniumque salutem postiam esse in te, et in
 domo paterna. S. Quid ais? In me, qui genus refero ad*
neminem, ortus ex obscurissima familia Beniamitarum,
que tribus est minima Israelitarum? S. Concedamus
modo in hospitium. Deus prouidebit cetera.

SENTENTIA.

*D*eus opera sua inopinabilibus occasionibus ad exitum perdicit.

S A M V E L. I. Regum. 12.

ARGUMENTUM.

Samuel iam senex innocentior fuisse, & Dei in Israelitas beneficia
 conuenire: eorumque peccatum reprehendit, qui regem sibi depo-
 poscerint, & impetrato diuinis tonitruis eos ad obedientiam colorta-
 tur.

Samuel, Israelita.

E Nego vobis in omnibus obsequitis, regem creavi,
 deinceps iam vobis prefuturum. Nam me quidem
 iam senem esse indicio est canities. Mei liberi inter vos
 degunt

degunt, & ego vobis iam ineunte aetate prefui. Hic ad-
 sum, respondete mihi coram Iehoua, & coram eis un-
 to: si cuius boscum, aut asinum fuisti, si cui iniurias,
 aut violentias fui, si à quoquam primum accepi, ut
 in eisculpa conniverim, paratus sum vobis reddere.
I. Neq; iniurias in nos, aut importunus fuisti, neq; quid-
quam ab illo acceperisti. S. Testis est hodie apud vos, &
*Iehoua & Iehoue unctus, nihil habere vos, quod me ac-
 cusetis. I. Plane. S. Adeste igitur: placet vobiscum
 disputare, quanta Iehoua, & Moysi, & Abraconi crea-
 tor, & maiorum vestrorum ex Aegypto reditus anchor,
 tum in vos, tum in maiores vestros beneficia contulerit.
 Cum migrasse Iacobus in Aegyptum, invocatus à ma-
 ioribus vestris, Iehoua Mosem misit & Abraconem,
 qui illos ex Aegypto eductos, in hoc loco collocaerunt. Po-
 stea ipsius oblitos, emancipauit Sisera duci exercitus
 Hazoris, tum Palastini & Moabitum regi, à qui-
 bus bello vexati sunt. Deinde invocantibus eis Iehouam,
 peccatumq; consitentibus, quod eo relicto Baales & A-
 starotum coluisserint: & auxilium contra hostes oranti-
 bus, seque ei seruituros pollicentibus: misit Ierobaalem
 & Bedanem, & Iephisan, & Samuelem, per quos ita
 vos ab hostibus vestris undique vindicauit, ut in tuto
 essetis. Vos vero, cum videretis vos à Nabasso Ammo-
 nitum rege innudi, postulatis à me ut mutatorum
 statu, à rege vobis regi liceret: cum Iehouam Deum ve-
 strum regem haberetis: igitur ecce vobis regem, quem
 delegatis & efflagitatis: regem vobis preficit Iehoua.
 Si Iehouam Deum vestrum reverebumini, eique seruite-
 ris, & dicto audientes sine contumacia unam cum rege
 vestro*

DIALOG. SACRORVM

vestro perebitis, be e vobiscum agetur. Sin minus, & vos & regem vestrum Iehouam manus impetrer. Jam vero agite, videte quantam rem Iehoua iam nunc in oculis vestri faciat. Triiici messis nunc est, quo tempore conseruare aut pueri in his finibus non solet. Aique ego sum Iehouam exorabo, & tonet atque pluit, ut intelligatis, vos in Iehouam grarem cu pani commisso, qui regem vobis poposceritis. Iehoua ecclie terrarumque Deus, emite nunc tonitrua & nimbus, ut hic populus suum peccatum agnoscat. 1. Vt tonat? Vt pluit? Hec nos miseros. Supplica pro nobis Iehoua Deo tuo ne pereamus: qui ad tot superiora nostra feclera, hoc insuper adiecerimur, ut reg' nobis peteremus. S. Pono animo esse. Vos quidem ista re graniter peccatis, veritas tamen roluta à Iehoua d. fecere, sed cum toto peccatore co'ite: neve disciscere ad vanam ista, que neque iuhare possint, neque defendere, sunt enim vanissima. Neque enim destituet Iehoua populum suum propter sui nominis celebritatem, postquam semel ceperit vos sibi populum habere. Ego quoque absit ut Iehouam offendam, aut pro vobis supplicare, vosq' decente & recta via deducere intermittam. Tantum Iehouam metuite, eumque vere & tota mente colite, videte enim quantam rem apud vos faceret. Quod si peccatis indulgebitis, & vos, & rex vester peribitis.

SENTENTIA.

Iusti homines (qualis fuit Samuel) nemini faciunt iniuriam. Magno est hominum erga Deum ingratiudo, qui toties tam fide i. ei à Deo defensi, tot beneficj cumelit, tamen hominem regem, siti deponit & digni sanè qui inclemens regi seruam, quando clementer repudiant. Immensa est Dei clemencia, qui sic ingrata tamen non detestat. Multum valent apud Deum preci & cultorum, qui etiam aleno tempore vel ritu man possint impetrare.

SOR.

LIBER. II

SORTILEGIVM. 1. Reg. 14.

ARGUMENTVM.

Iacobus Ionathan filium suum vult ecclidi preptis gestatum mel contrarium populi. Sed regulus e. im prohibet occidit.

Saulus, Populus, Jonathan.

Huc adeste omnes populi primates, discipile & conquirite, cuius hodie culpa fiat, ut Deus roganti misericordia & clemenci non reddat. Num Iehouam ego Opt. Max. Israelitum conservatorem uero, sciam Ionathan filius meus uero fuerit, enme esse capite penas dasurum. Vos uetus populus constitue istinc, ego & Jonathan constitue altrius fecus. P. Ut libet facio. S. Iehoua Deus Israelitarum age securè. Ducantur sortes. At at, nos petet lors: alter nostrum fit operet. Sortiamur. Obo Ionathan, fors indicat te. Indica mihi quidnam feceris? I. Gessam paululum mellis de capite kuia baculi quem in manu habebas: quod tu insciens me, fieri veterueras. Hoc enim mihi capsula esse aquem me est? S. Deum ego intro, te morietur. Jonathan. P. Ergo morietur Iorathan qui cum praetarem villorium peperit Israelitum? Nequam per Iehouam immortalem ne pilum quidem amitteret, qui hodie Deum sui facti adiutorem habuerit.

SENTENTIA

In hac vita uelius preceatum lucent interdum multi quia sunt vnum quaque pior, cuius membra omnium est tanta coniunctio arque cognatio, ut cum eum confensus sum di. lorum, tum voluptatum, sed in altera vita, in qua puniatur anima, ut quisque non aeni peccati penas dabit.

OBEDIENTIA. 1. Reg. 13.

ARGUMENTVM.

Samuel Sa. Iam reprehendit, qui Amalechitas clementius quam Iehouam praoperat, vitus fuerat.

Saulus, Samuel.

Iehouam tibi proprium precor. Feci iussus Iehouae.

Sam.

Sam. Quem ergo balatum & mugitum audio? *Saul.* Oves sunt & capre, & boves que ex Amalechitis abegimus. Nam ab horum pecorum optimis quibusque ne-
candis abstinuerunt milites, ut Iehoua Deo tuo sacrificium fieret. Reliqua funditus excidimus. *Sam.* Licerne mibi, quod bona tua venia fiat, tibi significare, quid mibi Iehoua hac nocte dixerit? *Saul.* Licer. *Sam.* Nonne, cum vel te iudice parvus fueris, nunc princeps es tribuum Israelitarum, unde a Iehoua rex eorum? a quo cum in hanc expeditionem missus sis, iussusque sceleratos Amalechitas excidere, & bello ad internectionem perse-
qui, cur ei dicto audiens non fuisisti? cœque atq[ue] predam, verante Iehoua, conuertisti? *Saul.* Imò Iehoua parvus, ex-
peditionemque ad quam ab eo sum missus, confeci, & de-
letis Amalechitus, Agagum eorum regem abduxi. Tan-
tum milites de manib[us] pecora, bovesque, deuotorum primitias desumpserunt, que Iehoua Deo tuo immola-
rentur apud Gilgala. *Sam.* Quasi vero Iehoua tam plae-
cent hostie & sacrificia, quam eius dicto audienter esse. Scito obedientiam præstantiorem esse sacrificia, & obtem-
perationem ad ipsa arjetum. Nam non parendi peccatum perinde est, ac magia: & contumaciam esse, eadem in cul-
pa ponitur, ac simulacrum esse: & quia Iehoua man-
datum repudiaisti, ipse te vicissim regno exiget. *S.* Pec-
cavi qui contra Iehoua insum, contraque tua dicta ver-
nerim, milites veritus, eisque obsequitus. Sed da mibi que so hauc veniam, ut mecum reuertar: ut Iehouam adorem. *Sam.* Non reuertar tecum, qui Iehoua manda-
tum aspernatus sis, & idcirco ab eo abdicatus regno Israelitarum. Vale. *S.* At non patiar te abire, ut non me co-
mitcris.

mitcris. *Sa.* Quid me retines? Ab rupisti meum pal-
lium: & Iehoua hodie Israelitarum regnum a te abrum-
pit, idque alteri te meliori tradit. Neque vero fallebit Is-
raelitarum triumphator, neque factum mutabit: non enim homo est, ut factum mutet. *Sau.* Fateor peccatum a
me esse. Sed concede mihi hunc honorem apud seipsores
meorum popularium, apudque Israelitas ut mecum re-
deas Iehouam Deum tuum adoratu. *Sam.* Age, Age:
prai, sequar.

SENTENTIA.

Nihil placet Deo, quod eius præceptum contrarium est, etiam si bono re-
liquo animo fiat. Debet enim homo deo (sicut seruus heros, aut filius pa-
tri) seruire, non sibi sed illius arbitrio.

GOLIATHVS, 1. Reg. 17.

ARGUMENTVM.

Daud a Saulo impetrat, ut hecat cum Goliatho pugnare, & illum cum
funda & pedo aggredi possit.

Daud, Eliabuſ, Goliatbuſ, Iſraelita quidam,

Albus Iſr. Nuntius, Saulus.

*S*alue mei fratres optimi. *E.* Deus deo quæ velis,
germane lepidissime. *Vt.* valet pater? *D.* Optime,
gratia Deo, meque misit ut viserem quid ageretis, vo-
bisque afferrem placentam & decumpanes, & tesseraam
vestram acciperem. Dedit etiam mihi decem cascos, ad
conturionem. Sed quam ego vocem audio? *G.* Quid opus
est vos exire ad prælia dimicandum nobiscum? Ego sum
Palestinius, vos estis clientes Sauli. Deligite ex vobis
aliquem, qui conseruat manus mecum: qui si superauerit
me prelio, & interemerit, nos seruiemus vobis: si ego
vicerero, vos nobis seruitis. *Q*uanta ego hodie ignominia
afficio instructos in aciem Israelitas? Date mihi virum

E

qua-

quocum contendam singulare certamine. D. Quis est importunus iste. & turgidus gigas, qui tantopere despiciens nos præse? Cuius vocem & aspectum contremiscunt omnes? & refugunt? Is. Nescio quis est, natus in nostram perniciem & dedecus: cum quo nemo audet conserere manus. adde ingens est, & terribilis. D. Quid ergo premis fert, qui sustulerit eum de medio. & aboleuerit hoc tanum probrum Israelitarum? Nam quis est impurus iste Palestivus, qui inurit tantam notam ignominie castis Dei immortalis? I. Si quis eum deiecerit, rex eum valde detabit, locabitque ei nuptum filiam suam, donabitque immunitate perpetua domum eius paternam. E. Chr venisti huc improbe puer? Aut cur deseruisti pauculas illas ocululas in filio? Ego non temeritatem, audaciamque tuam. Mirum ni venisti spectatum prelinum. D. Quid ego commisi? An non erat causa cur venirem. Sed addo alios. Heu tu, quo premio afficiet rex eum, qui occiderit immanem illum Palestinum? I. Maximo. D. Quoniam? I. Ornabit eum maximis diuinitatis & opibus: committetque ei natam suam uxorem, & liberabit dominum eius patriam in perpetuum. D. Condignum sanè præmium & regale: Evidet autem aggredi hominem: nescio quomodo gestit animus, indignaturque tantum licere cuiquam in populum Dei. Haccine ut petiar? impudens ergo nefanda illa probra euomerit iuicram gentem? Aboritur malitia: N. Adolescentule, iubet rex ut venient ad se. D. Nihil est quod facio libentius. Eamus. O si sis mihi potest, ut pugnandi cum eo, quicum bellum conseceras, vel potius quantum bellum conseceras DEVS, uno occiso? N. Adduco tibi hic
ado-

adolescentulum, rex, quem iussisti accersi. S. Quid audio David? Tunc dixisti, te audere in Palestinum illum portentosum, qui perturberet totas nostras acies? D. Bono animo es, O rex: ne despondas quisquam animalium, vos pœnitibitis: ego ipse subibo hoc certamen, & congregiar cum Palastino. S. Vide quid dicas David. Non possis pugnare cum eo adolescentulus, & rufus bellum, exercitatisimo tam à puer. D. Nihil facio, neque vires, neque vixum armorum eius: babeo longè aliam rationem certandi. Audi quid dicam. Cum aliquo pasceretur oves patris mei, leo unā cum ursō invaserit gregem, oueniente corripuit. Eum consecutus, cecidi, eripi quo eum è fascibus eius. Tum ursus in me irruebat: Ego vero prehensum rostro ad terram affigere, & cadere, atque ita occidi & leonem & ursum. Non dubito quin idem exitus maneat nefarium hunc & deterrimum hostem, qui audet proscindere conciūtū exercitum Dei immortalis. Iehova qui defendit me à leone & ursō, idem defendet etiam à Palastino isto. S. Quando tanta fiducia es, per me licet descendas in certamen. Adiit tibi Deus. Veruntamen es armatus. Volo accommodare tibi mea ipsius arma. D. Nunquam equidem arma tulii. Sed faciam periculum, si possum: Hac lorica valde me grauat, cassis quoque premit caput, etiam caliga sunt duplo maiores, quam pro meis pedibus, nec ensis admodum decet meum latus: videoque magis alligatus ensi, quam ensis mibi. Vah non possum ingredi cum his impedimentis. Apage hac arma, non sum assuetus his ferendis. Malo ferre notatela: pedum dico, & fundam, unā cum his quinque lenibus silicibus, quos geram in

DIALOG. SACRORVM

in sacculo. Bene spera rex, cernes me hodie victorem redemptum cum exnuis hominis ferocissimi. S. Ita fixit Deus. G. Videone ego hominem venire ad me? Tandem habeo quicum certem. Sed quia malum intemperies agitat Israelitaz? Quis misit nobis hunc pulchellum homuncionem, rubicundum? Hens puer, mene putas canem, qui cogites pugnare pedo? ut te dý deoque omnes quantum est, perdant. Accede ad me fodes, ut iam propinem te dilaniandum, & comedendum volvribus & bestijs. D. Tu quidem adoriris me, fretus gladio, & hastili, & scuto: ego verò aggredior te, armatus solo nomine Iehouæ omnipotentis Dei copiarum Israelitarum, in quas tu hodie contulisti omnia maledicta. Hodie Deus conclusit te in manum meam, ut te deiçiam abscondamque tuum caput, & pascam volucres. & feras non tantum tuo cœdauere, sed etiam omnium qui militant in vestro exercitu: ut sciatis omnes mortales, eum deum esse Deum, quem Israelite agnoscunt, & reverentur: discatique omnis hec manus spectatrix, Iehouam non abhibere ensem, aut hastam in vincendo, cuius sit unius gerere bella, quique tradiderit vos nobis in manus. G. Proh Iupiter, egone ut hodie hec audinerim, idque à puerō? At me Deus perdat, nisi te iam discerpo his ungibus. D. Quid age, si quid potes: interim accipe hunc lapidem rectilin frontem. Obe Goliathem, corruis qui modo stabat tam firmè? At ego contundam usque hoc pedo. Hem tibi. Nunc istic iaces prostratus manu pueri, qui modo solo aspergili viros & cœlum armis territabas. Hic te puer ingulat tuo ipsius gladio, caputq; tuum horrendum praegredit sua hæste, quod ostentet exercitiū.

SEN-

L I B E R . II.

S E N T E N C I A.

Nemo vel tam vir est, qui facile viatur abs quo quis a Iheros Deo vel tam puer, qui facilè vineat quemuis, propitio Deo. Dei ei vicitoria, & credentiū nihil arduum.

I O N A T H A N . 1. Reg. 20.

A R G U M E N T U M.

David & Jonathon inter se in rationem incurrunt, qua reseiscere David queat, quis sit Sauli erga ipsum animus, scđus inter se in perpetuum pacificatur.

David, Jonathon.

Quodnam esse potest meum tantum in tuis patrem peccatum, Jonathon, ut me quarat ad necem? I. Ad necem verò? Non est credibile, nam tanta me res non lateret: quippe, cùm meus pater nullam rem tantam, tantulamque faciat, quam non tecum communiceat, nedum ut hoc me celet. Non est ita. D. At scit ut me habeas intimum: ideo hoc te fortasse celat, ne agrè feras. Crede mihi nū tam certum est, quām me in summo viate discrimine versari. I. Ecquid ergo me tibi hac in re commodare posse arbitraris? D. Cras, ut tute scis, agitur primus dies mensis, quo ego die soles cum rege ac cumbere. Ruri latebo, te sciente, usque ad vesperum tertij abhinc dies. Quod si me requiret, dices, tuo permisso excurrisse Bethlebem in meam patriam, ad sacrificium gentilitium, quod uniuersi anniversarium factitamus. Si laudabut, saluus sum: si succensebit, scito eum nonquam ad saniorem mentem reuersurum. Sed dabis hanc veniam mihi, quem religiosissimo fædere in familiaritatem receipisti, ut si commerui, tu me interficias potius quam tuo patri dedas. I. Deus meliora. Imò si sensero cum obstinato animo in tuam ferri pœniciem, admonebo te. D. Sed quis mihi referret virūm tibi asperius respons.

E 3

DIALOG. SACRORVM.

responderit? I. Exeamus sub dium. Ita mibi beneficat Iehona Deus Israelitarum, huius eccl^si quod vides conditor & habitator, mi^{ss} David, ut ego cras, aut perendie scrutabor quid animi habeat meus pater: quem si intellexero bene esse in te animatum, mittam qui faciet te certiori: sin autem tibi melius cogitaret, id quoq^{ue}, tibi indicabo, ut me auctore abe^{re} saluis, ad sis q^{ue} tibi Iehona, ut adsuit meo patri. Hac ego me facturum, restor Deum. Quod si fallam, tum Ionathani numen iratum sit. Quid si tum, cum tui hostes omnes, Deinutu fuerint è medio sublati, ego iam non ero in viuis, ut tuamisericordia salutem meam inuicem custodire possis: at certè mea in posterum familia & generi eam non negabis. Itaque nunc iterum inco fudus, non solùm tecum meo nomine, sed etiam cum tua domo nomine posterorum: tibi q^{ue} iuro mi^{ss} David quem amo ex animo, facturum me, ut dixi. Sed acciperationem. Cras quod non ilunum celebratur in desideraberis: nam tua sessio vacabit. Descedes autem ad summum ter^rib^s tribus diebus in locum, ubi commode lateas, quoconque die negotium hoc siet: erisq^{ue} post saxum Azellum.

Ego, re facta veniam cō, & ad lapidis latus tres sagittarii iacula, collimans ad scopum. Deinde puerum ad eas petendas mittam: cui si dicero eas esse citra ipsum, venis sic habebit, tuares erit in tuto, restor Deum immortalum: sin aut^m, ultra, abito sanè, Deo volente. At quos inter nos sermones contulimus, Iehona esto eorum testis certissimus.

SENTENTIA.

Bonorum in iusta amicitia, scilicet auctior virtutis quam sanguinis conciunctio.

NO-

LIBER. II.

NOVILVNIVM. I.Reg.20.

ARGUMENTVM.

Saulus filium suum Ionathanum, propter eius cum Davide amicitiam iaculo transfigere conatur.

Saulus, Jonathan.

CVR non venit Iesai filius ad cibum capiendā, neq^{ue} cheri, neque hodie? Io. Petij à me veniam conce-
dendi Beiblebam: futurum enim sacrificium gentili-
litium in eo oppido, ad quod adesse iussus esset à fratre
suo. Itaque magnopere orare, ut si sibi vollem gratissi-
mum facere, facerem cō se conferendi fratresque vi-
sendi potestatem. Hac causa est, quamobrem ad regiam
mensam non venerit. S. O improba & contumacis fe-
mine progenies: quasi ego nesciam te Iesai nati percupi-
dum esse, ad tuum quidem & tui parentis dederis, atque
ignominiam. Nam quandiu viuet in terris Iesai filius,
nunquam tu firmum regnum habebis. Quare cura ut
ad me sis latetur, nam morte dignus es. I. Cui ita tandem,
quid commisisti? Sa. Docelo te hoc iaculo, quid commis-
serit. Io. At ego hinc effugiam. O rem indignam: elium
est de Danide nisi aufergeris.

SENTENTIA.

Impij pictum amicitiam ferre non possunt. In iussis nihil est incollera-
bilis iustitia.

ACHIMELECHVS. I.Reg.21.

ARGUMENTVM.

Daniel fugiens Saulum, ab Achimelecho sacerdote panemensemque
imperat, sicut ad Regium quoddam negotium ex ipsius regis mandato
profici*f*inalans.

Achimelech sacerdos, Daniel.

QVid est quod solus sis nullo comitatu i D. Rex mibi
quoddam negotium mandauit: quod negotium, ne
quis omnino mortalium resfciceret, néue quod mitterer
precepit:

E 4

praecepit eam ob rem famulis certum quendam locum assignauit. Quare si habes quinque panes, trade mibi, aut quot habes. A. Panem profanum non habeo, sed sacrum habeo, si modo tui famuli à mulieribus abstinerunt. D. Cum mulieribus nihil nobis refuit hunc iam tertium diem, ex quo profectus sum, sunt à corpora meorum familiarum castra. Quid si forte tum cùm profecti sunt, fuerant cum uxoribus, atque ita corpora pura non babebant: at hodie quidem antequam sacrifici panibus vescantur puri erunt, quoniam hic dies tertius est, quod spatiū lustrationi tribuitur in nostra lege. A. Igitur accipe pacem sacram. Nam nullum habeo prater hos appositos panes, è conspectu Iehova sublatos, summissis statim in eorum locum recentibus. D. Habetne hic præterea villam bastans aut ensem? Nam neque hastam neq; ensem cepi, adeò me regis mandatum urget. A. Hic est ensis Goliatii Palestini, à te in valle querens occisi, involutus panopost ephodum. Eum tu, si vis ut capias licet, nam aliis nullus est. D. Nullus est isto melior, trade eum mibi.

SENTENTIA.

In periculis interdum simularuntur homines. Lex est facta propter hominem, non homo propter legem. David virgente necessitate panes faceros insens comedit, quamvis non esset fæcēdōs, & foliis fæcēdōbus veici per legem licet.

DOEGVS. 1. Reg. 22.

ARGUMENTVM.

Saulus iniustè curat occidendos Iehoua fæcēdōtes, quia ei Dauidem non indicauerint.

Saulus, Achimelechus, Doegus.

A Vdi Achitobinate. A. Adsum domine. S. Cur in me coniurasti, cum Iesai nato: cui ē cibaria & ensem dedisti, & pro quo Denū consulesti? Que infida

die mibi manifesto parantur? A. Ecquis autem est ex tuis omnibus aq; fidus, atque David? Regis gener, tuo iussu profectus, & apud te maxima dignitate habitus? An nunc primum Dei oraculum eius nomine sum percontatus? Absit à me omne scelus: caue ne mibi aut omnino mea paterna familia, ullum in hac re crimen imponas: nam istius totius negotiū sum planè ignarus. S. Moriérice Achimelece, unā cū tota tua paterna familia. Agite mei cursores circundate & occidite hos Iehoua fæcēdōtes: nam Dauidis partes iuentur, sciebantq; profugum esse nequè me certiore fecerant. Quid dubitatis? Que vos religio impedit? Cur & vos mibi non paretis? Age Doege, circumueni eos tis, & interfice. D. Fisat.

SENTENTIA.

Impius princeps sanguinarius est, & suscipiōne iraeque suis magis credit, & obsequitor, quam veritati. Misericordia est cum iudice negotium habere, qui vel am causam dictiōne non admittit.

DAVID LATITANS. 1. Reg. 24.

ARGUMENTVM.

Dauid, Saulum solum nascitus in antrō, cins pœnula oram abscedit. Deinde digressus, alta voce apud eum innocentiam suam testatur, & Saulus suum iudicium confiterit.

Comites Dauidis, Dauid, Saulus.

AT deſleſbit Saulus in hoc antrō, ad parendum necesseſtati. Dies aduenit, Dauid, quo die tibi Iehoua promisit, ſe tibi traditurum, tuum hōstem in potestātem, ut eo utaris ad tuum arbitrium. D. Tacete, tacete, obrepam ad eum pedetim à tergo dum ventrem exonerar. C. Quid facit? Non eum interfeci? O hominem insanum, qui tantam tam ſubīo oblatam occaſionem ulciscendi hōstis non arripiat? D. Ab toto animo commo- heor

neor posteaquam oram eius penula absidi. Auerat Iehoua, ut hoc ciuius vnlcto domino meo faciam, & si manus afferam: vel hoc solo nomine, quod Iehoua vnlctus est. C. Tu nimium religiosus es. Nos ipsi faciemus non ita cunctanter. D. Nolite Dei munus usurpare: regem non fecisti, regem non delete. Eiusdem est abolere, qui creauit. Sinito enim. Iam exiit, ego eum subsequar. Hens domino rex. S. Ecquis me renocat? D. Cur fidem habes dictis eorum, qui dicunt Davidem tibi malum moliri? Vides profectio oculis tuis, ut hodie Iehoua, in spelunca, cui mihi fecerit potestatem: nec defuit qui me in tuam necem cobortaretur: sed pepercit tibi, meque negauit manus allaturum domino meo, qui esset vnlctus Iehoua. Sed vide, pster, vide tua penula extremitum in manu mea: quod cum absciderim, neque te interfecerim, cogosce & intellige, nullum me scelus commisisse, nullum contra te facinus admisisse, dignum, quamobrem mea vita insidias iederes. Suscipiat hanc Iehoua causam, regne mibi sine mea opera vlciscatur. Verus est proherbum; A scelerato prodibit scelus. Te quidem mea manu vlciscar. Cui tandem instat rex Israëlitarum? Quem tu persequeris? Canem mortuum, pulicem. Iehouam precor ut huic sibi causa iudicium suscipiat, measque partes defendens tuas in me iniurias persequatur. S. Tu amne ego vocem audio David filii? Hei mibi tu equum & bonum habes, qui mibi bonum pro malo rependeris, id quod satis hodie ostendisti, cum mibi (quem in tuam manum Iehoua conluserat) mortem non intuleris. Nam quoniam quisque est, qui hostem suum natus, indemnum dimittat? Sed te pro isto tuo bodierno in me fallo, Iehoua condigno premio

primo remuneretur. Ego quidem scio te regem futurum, & regnum in Israëlitas obtenturum. Quare ista mibi per Iehouam, te moam stirpem post meum interitum non esse excisurum, neq; nominis memoriam de mea familia deleturum. D. Iuro.

SENTENTIA.

Injusti calumniatoribus faciliter cedunt. Injusti malum pro bono: iusti contraria bonum pro malo reddunt, & Deus utrosque tandem pro misericordia remuneratur.

ABIGAIL. 1. Reg. 25.

ARGUMENTVM.

Misit ad Nabalem famuli Davidis ad petendam cibaria repudiantur ab eo. Quo auditio Nabalis vxor Abigail munera Davidi obuia ferre proponit, & ei obuia fida, eius in Nabalem nam pacat.

Famuli Davidis, Nabal, Puer, Abigail, David.

David Iesai filius, te Nabal, tuamque domum tuaq; omnia, plurima salute impertit. Is quia audiuit ut tonsuram omnium facias, misit nos ad te rogatum ut (si cum tuis pastoribus non solum sine ullo maleficio aut iniuria, verum etiam cum magno beneficio simus versati, ita ut eos ab omni iactura tutos praestiterimus quandiu fuerint in Carmelo: cuius nobis rei tui famuli teles esse possunt) benignè nobis facias, hoc præsertim tam fausto die: & que cominode poteris, des cibaria ad ipsius Davidis, tui propè dicemus filii, eiusque comitum famem propellendam. N. **Quis est iste David?** Quis est iste Iesai filius? Isne est ad quem hodie serui passim à dominis transfiguntur? Scilicet ego cibum potionemq; meam. & que maltani ad alundos meos tonsores, dem hominibus mibi prorsus ignotis? F. Aliunde nobis præsencia: nam bino quidem nihil auferemus ut eum affectum video. Redeamus ad Davidem. P. **Mens dominus confituit**

Iuit sibi pessimè. Eo narratus omne rem herere, ut caueat, Hera nunc, si quando, tua est opus prudentia. A. Num quod malum recens ortum est? P. Et quidem maximum. Missi à Davide nuntiū ē deserto ad herum nostrum, ut aliquid hinc per humanitatem auferrent, repudiati ab eo sunt & tamen illos experti sumus viros plānos bonos: nulla unquam contumelias aut damno affecti, quamdiu sumus inter eos rusticati. Quin pro muro nobis noctes diesq; fu-erunt, donec versati cum eis sumus, pascendo pecudem. Prōinde disce tu diligenter, quid agis: alioquin actum est de domino nostro et tota eius familia. Nam ipsum qui-derū conuenire hominem profugatissimum ac perditissimum stultitiam sit. A. Fonsuli c. pite proprio omnia hac que vo- bis tradam: que imposta aīnus feretis antè. Ego iam sub-sequar. Huc mihi proprie aīnum. Quām male metuo, ne mei viri stultitiam luamur! O hominem insanum, qui pro nihil habuerit, eum hominem in se irritare, à quo maxi-mē potest & suuari amico & lodi infensu. Sed video ip-sum Davidem aduerso collē descendantem. Nescio quid iratus loquitur cum suis. D. Ne ego frustra conservau-omnia que habet iste in desertis, ita ut nihil omnino de suo desperiderit: & reddidit mihi malum pro bono? At ista perdat Deus hostes Davidis, ut ei ante crastinum manē nihil prorsum relinqui faciat. A. Obscurto te domine, tibi ad pedes suppliciter sacens, ut bona me venia audias. Vide mi David, ne hominem despiciatissimum Nabalem dignum iudices, in quens iram vertas: qui sicut nomi-nine, ita re ipsa stultus est. Nam ego quidem, cuius est culpam prestatre, missos à te iuuenes non videram, neque enim siuissem abire vacuos: sed vides profecto, vir claris-sime,

sime (neg, enim dubitari potest) te à Deo immortali ab-sterri a sanguine faciendo in tuis iniuriis, per temetipsum persequendis: cūm ipsius Nabalis infania eiusmodi sit ipsa per se supplicium, ut non aliud tuis hostibus & iniuris imprecandum esse videatur. Quare aequo animo patere hoc munusculum, quod tibi hic offero, inueniens tibi merentibus dari auferendum, & mibi hanc noxam remitte. Sic tuas tibi fortunas bella diuina gerentis in tra-to constitutus Deus. & te in omni vita omni malo prohibeat. Ac si quis tibi infestus, & tua necis cupidus existat, precor Deum ut te semper incolimi, & fortissime con-sistete, tūhus hostis varijs iactatus procellis despereat. Iam verò cūm preclara Dei promissa consequutus Israeli-tarum dux furoris constitutus, tanta tua felicitas nul-la quasi labefactabitur lebe conscientie, qua necesse esset tuam letitiam cōtaminari, recordatione effusi sanguinis, & supplicij ob priuatam inuiriā sumpti. Deus faciet tibi meliora, metuinerisque aliquando mei. D. Gratias ago Iehesu Deo Israëlitarum, qui te mihi hodie misericōdiam: nec non tibi, que me tua ratione à cede & vin-dicta iniuria in me commissa auocasti. Nam Deum im-mortalem testor qui me ibi malefacere prohibet, nisi tu mihi accurrere properassis, Nabalem ante diluculum fortunis omnibus funditus emertissim. Verām eius en-pam tibi condono, tuāq; munera grato animo accipio. Abi sanè dominum salua.

SENTENTIA.

Incitat potentioem, velutia est: bonum malo penfare scelus. Iratum potentiam, muneribus verbisque pacare sapientia est.

ABISAEVS. 1. Reg. 26.

ARG.

DIALOG. SACRORVM

43

ARGVMNTVM.

David noctu clām in Sauli casta dīgressus, eis dormientis hastam
matellāque surripit. Deinde dīgressus illicē procul clamore eis ex-
citat, suamque innocentiam iterum tellit, in caūsiatores inuechiens, &
ille iniūtatem suam itūm constitutus.

David, Abisaeus, Abner, Saulus.

Viter vestrūm descendet mecum in castra ad Sau-
lū? Abi. Ego. D. a. Eamū sensim & pedentim per-
soltem dum dormiunt hostes. En omnes sunt oppressi al-
tissimo somno. Abis. David, David. D. Quid est? Abis.
Hic stertit Saulus in tentorio, hasta humi ad caput eius
defixa. Abner & reliqui temere circum eum iacent, ni-
mirum tibi Deus facit tui hostis protestariem. Vis ergo ut
eum ego hasta configam ad terram uno istū, non repe-
tendo? D. Noli eum perire. Quis enim adferat manū
ei quem Deus vnlione creauit regem: quin obliget se
nefario scelere? Aut Deus cum perdat oportet, aut dies
eis fatalis veniat, aut in p̄lō cadat. Ceterū n̄ am ma-
num à rege creato diuinitūs auerat Deus. Sed capo
bastam cius, & matellam: abeamus. Abis. Deus bone,
ut altè sopiti sunt? Nullus omnino expurgiscitur. D. Non
fne numine hac sunt. Conscendamus montem. Volo ego
di summō eacumine clamare Saulum, & ei ostendere
me non minū fidum, quam quenuis eorum, quibus sti-
pasribus utitur. Satis iam procul absimus ab eis, ne re-
pentino eorum aduentu possimus opprimi. Heus Saulus,
beus stipatores Sauli, beus Abner non mihi respondes? I
Heus te appello Abner. Ab. Quis tu es qui clamas regē? D.
Natus vir eximius, & dignus qui inter Israēlicas
principatum teneas. Itā vero regem dominum eu-
stodis, ut ad eum necandum, miles quidans modo in-
troieris.

LIBER. II.

troierit tentoriam? Haudegregium sanē iſſud fecisti.
Per Deum immortalem vos eſſt digni ſupplicio capitali,
qui tam male custodiatis dominum vestrum, regem à
Deo conſtitutum. Quaſo, vide, ubi fit hasta, & matella
regis, qua erat prope ceput eius. S. Eſt ne iſſata vox, fi-
li David? D. Mea, ô m̄ rex, & domine. Sed cur tandem
persequeris seruum tuum, aut quid feci, aut commisi?
Veruntamen ne gravare paulisper audiro me loquenter.
Si Deus te mihi infestum reddit precer eum tibi pro-
pitium: si homines sunt, execrables sunt in confictu
Iehuē, de cuius me hodie patrimonio deturbant. quan-
tum eſt in ipſis, & ad culum deorum peregrinorum im-
pelunt. Sed non sine Iehona terram mea sanguine fune-
ſtari, quāuis Iſraelitarum rex occupatus ſit in persequen-
do pulice (vt ita dicam) ut ſi perdidem per montes per-
sequatur. S. Preceauit, reuertere David fili. Iam enim
tibi non male faciam, qui ita abſtinueris te mea nece.
Errauit nimis quāvis imprudenter fateor. D. Hic depono
bastam tuam, eam petito aliquis iuuenium: eſterūm De-
us remunereſur quemque ut dignus meritisque eſt. Te
quidem hodie irridit mihi in manū, ſed continui me à
nec regis. Ergo quemadmodum tuam ego ſalutem cha-
ram habui: ſic ille habiturus eſt meam meq; hostili manu
liberaturus. S. Malte viriute David fili, haud dubiè co-
nata perficies.

SENTENTIA.

Et iuſtiuit & iniuſti iniuite facere perſuerant. Calumniatores, tam
mei vitilique inueni, tamen revera pernicioſores ſunt iſi, qui eorum
calumnijs credunt, quam iſi quos calumniantur.

PHOEBA S. I. Reg. 28.

ARGVMNTVM.

Phœbas Saulū Samuelem elicit ab inferis, & ab eo Saulū futurum
Oī-

exitium suum cognoscit.

Saulus, Phabas, Samuel, Faustuli.

PHebas, redde mihi oraculum Phabbi, excita quem dicam tibi. P. At tu scis, ut exterminauerit Saulus ex hac terra Phabadas & diuinos, cur me in tantum capitis periculum adducere vis? Saul. Iehouam Deum immortalem iuro, hanc tibi rem fraudi non futuram. P. Ecquem vis tibi excitem? Sau. Samnelem. P. Fiet: heu me miseram, desperi, tu Saulus es, & me indignè deceperisti. Sau. Ne formida. Sed quid vides? Ph. Video angustum quandam & planè diuinam personam terra ascendente. Saulus. Quia est specie? Ph. Vir est senex, induitus pallium. Sa. Samuel est, prebebo ei honorem. Samuel. Quamobrem elicendo me inquietas, Saul? Sau. Magnis premor angustijs: Palestini me bello petunt. Deus aduersatur, nec tam respondit, neque per vates, neque per somnia; hanc ob causam acciui te, ut me doceas quid mihi sit faciendum. Sam. Cur ergo me consulis, si ipse Iehova, tibi non modo non faret, sed etiam aduersatur? Faciet ille quidem, quod eloquius est voce mea, tibi ex torquerebit regnum de manu, quod tradet alteri, videlicet Davidi, quia non obtemperasti in uincendis Amalechitis, quibus infensus erat: eam ob rem ita sine dubio te accipio. Quinetiam addicet tecum Israelitas Palestini: & eras tuus, liberi eritis una tecum: castra etiam Israelitarum tradit Palestini. Sa. Eben. P. Perit misera, corruit. Saule, Saule, obsecro te obsequere mihi, cape cibum. Tu scis ut sim tibi morigerata, & caput meum summo periculo obiecerim, ut exequenter tua iussa. Agedum, prebe te mihi facilem vicissim et vescere cibo,

qnm

quem tibi apponam, ut recreatis viribus aggrediaris inter. Sau. Non edam. F. Quare? Imò verò edes. Ph. Ius eramus. S. Quando tantopere ergetis fiat. Ph. Agedum surge, & recumbe in hoc lectulo, dum ego vobis malto viuulni altilem quem habeo domi, sub: goq; farinam ex qua conficiam panes subcinerios.

SENTENTIA.

Qui deum deseruerunt, tandem deseruntur à Deo. Deserti à Deo consigunt ad eum, à quo antea abhoruerant, diabolum, à quo nihil nec cogit, nec conseruant, nisi suum exitium. Et sicut eorum est, ut qui bonum fugit, incidat in malum.

A CHIS. I. Reg. 29.

ARGUMENTVM.

Achis Geth rex, admonitus procerum suorum Davidem (qui ad ipsum configit) exercitu suo dimisit.

Proceres Palestini, Achis rex, David.

QVINAM sunt Hebrei isti, quos habes in nostro exercitu? A. David est, Sauli Israëlitarum regis servus, qui mecum egit per bosce dies, vel potius annos, in quo nihil adhuc reprehensione dignum deprehendi, ex quo ad nos aufugit. P. Remitte hominem in eam proniciam cui in eam prefecisti, ne si nobiscum descenderit in certamen, in nos se convertat. Nam quia tandem re militis possit cum suo domino reconciliari, quam horum hominum capitibus? Nonne hic est ille Dñs, carmine illo in choreis celebratus? Saulus mille, decem concidit millia David. A. David, Iehouam ego immortalem testor te mihi tuamq; castrensem consuetudinem probari: neque enim ultum adhuc in te vitium, posteaquam ad me primum te consulisti, deprehendi. Sed optimatibus non places: Quamobrem discede cum bona pace, ne Palestinos proceres offendas. D. Nam quid ego commisi?

F

Ant

Ant quid in me adhuc deprehendisti, ex quo primum in tuum conspectum veni, et in bellum contra hostes tuos non proficisci? A. Scio equidem te mihi tam placere quam si dinus essem genitus. Sed vetant satrapo Palestini, te praeclaram secum inire. Quamobrem manu vbi dimicerit, proficisci sanè vna cum tuis domini seruis, quis tecum venerauit. D. Evidenter inuitis illis militare nolim: parebitur.

SENTENTIA.

Non abs te suspechum est proficigurum contra suos auxilium.

AMALECHITA. 2. Reg. I.

ARGVMENTVM.

Amalechita quidam David necem Sauli nunciat: cuius neces a totem ipse se esse dicit, et a que ob tem David eum iuber interfici.

David, Amalechita.

V Ideo quendam huc venientem: scissa veste, & capite insperso puluere. Haud temere est, nimisrum aliquem sinistrum nunciun adfert. Undenam ades tu? A. Ex exercitu Israelitearum eius. D. Quid actuū est? Eloquere. A. Fugerunt milites è prælio, multi è vulgo ceciderunt: Saulus quoque & Ionathan eius filius occubuerunt. D. Quis scis Saulum & Ionathanem occubuisse? A. Cum forte venissim in Gelboem montem, video Saulum unicum bastę, cui currus & equitatus iam iamque imminebant, respexit ille: & me viso, huc ades, inquit. Accessi. Tum ille. Quis tu es? Amalechita inquam ego. Aggredere me, inquit & interfice. Nam magno dolore discribior, nec adhuc possum emori. Hic ego quid agerem? Videbam non vieturum post tam grauem casum, itaque interemi, abstulique coronam de capite eius & armillam de bracchio: qua tibi affero, ut vides. D. Heu calamitosa

calamitosa clades, heu lugubre prælum. o facinus audax. Cuius es? A. Filius sum aduenia cuiusdam Amalechita. D. Tono ergo non esse verithum ista impura manus perdere undum lebous? Tu innenis inuade hominem, neca. Merito morieris, & tuo iudicio peris, qui to de rege interfecto iactauceris.

SENTENTIA.

Si potentes sic traharent eum, qui ipsi mortem aut malum inimicorum, tanquam rem latuam nunciant, ut Amalechitanus trahat David, aut si sicut beneficiari, nuncios auctoritatu, minis audirent attentatores.

NATHAN. 2. Reg. IZ.

ARGVMENTVM.

Nathan Davidem iusti iehuas, facta ad tem narratione simili, ita prudenter adulterii homicidij que arguit, ut ipse David contra femeplum featurientiam.

Nathan, David.

D Aus, duo homines erant in quadam urbe, alter diues, alter pauper. Diues omnibus & capris bovisque abundabat: pauper unam omnino habebat ovinulam, à se emptam, & aliam, qua adoleverat vna cum ipso & liberis eius, vescebatur eodem cibo cum eo, bibebat eandem potionem, qui seebat in fine eius: breniter, erat ei profilia. Ad illum autem diuitem venit quidam hospes, quem accepiturs, prateritis pecoribus suis, ovinulam illam pauperi malitavit. D. Per Iebonam immortalē dignus est morte, qui fecit istud: omnīque cerie quadruplo pensabit, qui tantum facinus committere non dubitat. N. Tu ille es David. Deus creauit te regem Israelitearum tēque liberavit ex manu Sauli. Tibi tradidit domum domini tui, & uxores quae complectitereris, tibi Israelitearum, tibi Iudeorum familiam dedit: alii atque alii insuper daturus, se ea non satis essent. Et tu contempto ciui precepto, Vriam Heretiam, Ammonita-

rum telio obiectum indignissimè trucidasti, eiusque uxorem, nulla Iehova habitaratione, in matrimonium duxisti. Ob que flagitia, nimirum à tua domo aberis clades. Nam Deus confablit tibi malum domesticum, násque uxores, te vidente, alteri tradet, qui cum eis luce palam congregietur. Tu quidem occulte fecisti, sed ipse id facies in luce atque in oculis omnium Isaelitarum. D. Peccavi in Deum. N. Deus quoq; remittit ille quidem tibi peccatum, nécque ob id morieris. Sed quia ista re inimicis Iehovae occasione maledicti dedisti, filius qui tibi natus est, morietur. Hac me tibi nunciare iussit Deus.

SENTENTIA.

Callidè reprehendendi sunt potentes. Quia tenui damna; scilicet damnat si similia committit. Nihil est tam tenui quin detegatur. Si peccatum reléfici non vis, peccate noli.

THECVANANA. 2.Reg.14.

ARGUMENTVM.

Thecuna scēmina à Iobō subterrānā oratione testa atque figurata impetrat à Iauide reuocatiōē ab Iobō cīp̄ filij, q̄b̄ f̄. triūnum profugi.

Mulier Thecuna, Daudi, Iobā.

F' idem tuam, ô Rex. D. Quid malibaberis? M. Mulier sum deserta, & viduata viro, cui superstites fuerant duo filii: hi cūm viri foris inter se contenderunt, nec esset qui lucem dirimeret, eccl̄dit alter alterum, cumque morte multib⁹ aut. Nunc uniuersi me familia verget, poscens ad necem eum qui superest ob interemptum fratrem, cupiensque perdere unicūm heredem parentum: & quod mib⁹ misere lucis superest (quod certe est perexiguum) extingueret, meique viri nomen memori, imque prorsus è rerum natura tollere. D. Recipe te datum tuum, ita mibi cura res erit. M. Veram interim periculum est ne te, tuisque nescientibus, pāna mibi & meū.

meis irrogetur. D. Si quis in te mutiat, deserto ad me, ne ille, faxo, nūquam postea te tanget. M. Sed memineris per Deum immortalem, melius esse occisi cognatos, & vindices, à quibus omnibus exitium meo filio metuendum sit. D. Eundem tibi ego Deum iure, me prouisurum ne tuus filius ullum pilum amittat. M. Dabu mibi veniam, sicut liberis: iam aloquar. D. Sanè. Que te (malum) ratio inducit, ut cām te mibi multeri vilissime tanta facilem prebēas, populo toti, eiq; præstantissimo naſis dñi & inexorabilis, ut ei nolte condonare profugum tuum, cīm non minus est cupidus quam ego sum mei nati? Præsternim cīm in eo non minus fortasse tui generis propagandi fessi posita sit, quām mei in meo. Nequa enim potes habore explorātum, te aliam regni successorem esse procreaturum. Nam moriendum certe est. idq; incertum an hac ipsa hora: & ita moriendus, ut in hanc vitam reditus non pateat. Non magis quām aqua semel effusa, recolligi non potest: quod magis nobis halenda ratio est, ut in nostri genoris propagatione, quodammodo immortales reddamus. Quid si supplicy aequitatem pretendis: vide ne non aequitati, legi parendo, sed iniquitatera, Deum legis auctorem nō imitardo, seq̄si videare. Neq; enim ille continuo fontes perdit, id quod tu minimō omnium ignoras, sed etiam atque etiam cogitat de reconciliandā eis, qui ob suum aliquid factum ab eo sunt alienati. Atque ut iam meā rationē intelligas, equidem non sine dubitatione feci, ut te hac do re adirem. Nam quod videbam populū ipsum tam parū apud te valere, ne ipsa nibil possem, valde metuebam. Et cām ob rem, quō callidius te inducerem: sic mecum ipsa cogitatio.

DIALOG. SACRORVM.

cogitans. Hem regem adibo, & cum eo, qui si meū sit negotiorum, sic agam. Quid si oblinuero, vi me contra eorum odium teneri velit, qui me vñā cum filio meo, fortunis omniibus, vñāque ipsa eus inter properent: tum ab eo cōtendam ut si fibi constare velit, suam clementiam, quam vñā expositam habeat, tunc multis clausam esse non patiatur. Quam me rem impetraveram esse ḥ rex non diffidebam. Cum enī p̄cl̄ tr̄ se ferō te in iure dicendo, & aequitatem ab iniquitate dijudicando, singulari-quādam & planè diuina semper fuisse prudētia p̄dīcum, non dubitabam, quin qui tibi nūquām absurset Deus, idem nūc esset in hac iustissima causa adfūnitus. D. Ne me cela, quod te regabo. M. Roga fore. D. Nonne istud tecum fecisti impulsore Iacob? M. Itatib⁹ secundū omnia opto, ḥ rex, ut nullius h̄r̄v̄m verum querquam villa ex parte austorem habeo, prater Iacobum: ipse iussit, ipse premonstratus quocunque dixi: eius insti. Illa rem omnem in solucris figurarum texi: quam tu pro tua diuina sapientia, qua omnia que in mūdo constante tenes, facile intellexisti. D. Impetrasti Iacob. I sūnē redūlūm adolescentiū Absolomū. Io. Agotib⁹ gratias immortales, O rex: nūc deum intelligo, me apud te valere gratia, postquam hoc sum à te consecutus.

SENTENTIA.

In aliena causa faciliter indicant homines quām in sua. In que hominem à aliena ad suam per seipsum ducere, prudētia est.

SEMEIS. Reg. 16.

ARGUMENTUM.

Semeis Daniēlē conuictus p̄fūlētique Daniēlē fuit patienter.

Semeis, Abiseus, Daniēl.

*P*rodi prodī, homo sanguinarie & scelerose. Expetit
456

LIBER. II.

à te Iebona omnem sanguinem domus Sauli, cuius in regnum occupasti, quod Iebona Absolomo filio tuo tradidisti. Nunc tu te scelera petunt homicida crudelissimo, quem ego iam hic Ispidib⁹ obruiam. A. Nonne indignum est, canem istum mortuum regi consuetari? Vis ne dī: eum adorari, eique caput decatiam? D. Quid tu ne posse, fili Saruie, se consuetatur: & si eum Iebona mandauit, ut Dauidi malediceret, quis ab eo fastigationem respondeat? Enī meus ipse filius, qui ex meo visceribus ortus est, mortem mihi machinatur: quid faciet lemine natu? Smitte eum maledicere: nam Iebona iusserit. Fortasse respicies Iebonam misericordiam, misericordia bonum rependet pro hodiernis huīus consuetijs. S. Sceleratissime, & flagitiōfissime mortalium omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupedum uequissime: qui per nefarias cades ad regnum perirent, qui Sauli domum fundūtū extirpasti: qui hominem optimum eius uxore constituta, crudelissimè occidiſti, & eius necti plurimos te meliores addidisti, adulteriumque homicidio cumuleasti; homo perfido & impure, quid potest in te satis graviter dici? Quem ego hic faxis iam mactabo, & unius iustissimae cede tot nefarias cades expiabo.

SENTENTIA.

Maledicita constanter ferre, magni est animi: non ferre, effeminari.

ACHITOPHEL. 2. Reg. 17.

ARGUMENTUM.

Achitophel Absolomū prudens, sed impiuus enīlūm dat dī: opprimendo Absolomū patre Dauidē. Verū Chuslaus Dauidi bene volens alterū consilio illud reddit iritum.

Achitophel, Absolomus, Chuslaus.

*A*bsolomus, censeo, ut ego nūc, lectis dñodecim hominū militibus
F 4

DIALOG. SACRORVM.

militibus Dauidens hac nocte persequar: *cumq; perterritum & fatigatum, defessumq; omnibus qui cum eo sunt fuga dilapsis, solum interficia: doinde easteros omnes ad te sic reducans, ut sponsa deduci solet ad sponsum. Ita fieri, ut cum tu unius morti expertas, ceterorum omnium saluti consilium sit. Ab. Per placet quidem tuum consilium: sed vocetur hic etiam Chusaeus Architeta, ut audiamus quid ipse quoque dicat. Chusae, suader Achitopel, vi regens hac nocte innadamus, territumq; & a suis desistimus, saluis reliquis, opprimamus. Tu quid censes? Sequitur: mihi eius consilium an non sequemur? C. Achitophelis consilium hominis altoqui prudentis, bac quidem in re non probo. Tu scis, ut pater tuus, & qui eum comitanus, homines sint strenui, et ursa agresti pullis orbata ferociores. Praterea pater tuus vir rei militaris scientissimus, non est cum aliquia turbula per noctem adiurus. Nunc latet in aliquo antro, aut alio loco. Quod si quis principio de tuis occiderit, & ruor sparsus fuerit, saltam esse cedem. Absolomonorum: illi ipsi qui nunc sunt leonibus animosiores, exanimabuntur. Sciant enim uniuersi Israelite, patrem tuum esse virum fortissimum, nec non eius milites. Verum meum consilium est, ut conueniant ad te omnes Israelite a Dane ad Bersabem, qui futuri sunt arena numerosiores, vique tu ipse inter eos præsens incedas. Tu eum adorti, ubi ubi erit, rore densis innadamus, ut neq; in se, neque eius comitum vel unius evadat. Quod si se in aliquod oppidum receperit, id oppidum uniuersi vel iunibus cinctum in stupore ita cuerriculabimur, ut ne calcularis quidem relitus fiat. A. Melius est istud consilium, quam Achitophelic: obtempabitur tibi.*

SE N-

L I B E R . II.

S E N T E N T I A .

Impiorum prudencia bonis pernicies est, piorum salutis. Impii satere & confundere contra prios, impium est. Rufus impior ad piorum satellitem recipere pium est, & ipsi etiam impiose vult. Minus enim graves penas Deo dabunt, si prios non occiderint.

A B S O L O M V S . 2 . R e g . 1 8 .

A R G U M E N T U M .

Absolomus ex prælio elapsus, de quercu cinctibus pendens à lobo necatur. Huius auditia necesse, David felix afficit, & à lobo propria obiungatur.

Miles, Ioabus, Achimassus, Chusis Spaculator. David, Quidam.

Cum persequerer fugientes & dissipatos hostes, Absolomum vidi casarie pendentes de quercu. io. Vt disti aures? Cur non cum ad terram deturbatum occidisti? Nam meæ partes fuissent, docem te argenteis nummis & Baltheo remunerari. M. Ego vero, si mihi mille nummi in manum annumerentur, non sim manum filio regis iniecturus. Nam audientibus nobis præcepit rex tibi, Absolome Etteo, ut adolescenti Absolomo canceretis: nedum ut ego iam per fidose, tanto cum vita mea periculo facerem: neque enim res tanta regi ignota esse possit. Verum iam ad eum ventum est: iu ipse vide quid tibi agendum putas. I. Videbis me nonita cunctationem. Mortire boni parentis peruersa progenies. Accipe bac tria tela de mea manu, recta in medium peccatus. Vos mei armigeri, circumfusi eum conficide. Tu præco, confundum bellum est, cane receptui, ut a persequendo renocenter milites. A. Visne igitur ut ad regem curras, ei, regnante, lebouam de ovis hostibus sumpsisse supplicium? I. Tu vero ne feceris hodie, alias facies. Hod' e quidem non es incundum allatius nuntium, proprieat quid regius filius est mortuus. Tu Chus, ad renunciandum regem quod

quod vides. C. Libenter & quidem cursum. A. Quid si ego quoq; Chusim cursus consequar? I. Cur consequaris filii? Non es obliuious eius uangelium. A. Sed quid si consequar? I. Per me licet. A. Curro, facile Chusim antevertam. Io. Nos vero hoc Deo hominibusque iniuriam eadauer, in hanc vestram voraginem, in hac filia destrudamus. & Lepides insuper cumulate exageremus, ut tam nefarium facinus memoria ac nomine loci noteatur. Nam talibus sunt digni monumentis, qui morte eius machinantur, quorum beneficio vitam sunt adepti. Sp. Heus rex video hominem hic accurrentem solum. D. Si quidem solus est, boni aliquid portat. Sp. Video item quendam alium, currentem etiam solum. D. Is quoque latum nuncium afferit. S. Ex cursu priorem conigere videor Achimesum esse Sadoci filium. D. Virum bonum nominas, de amio lato venit. A. Saluerex: & simul agendae Ichous gratias exstimes, cuius auxilio subalti sunt, qui in te arma sumperant. D. Saluistne est adolescentis Absolomus? A. Magnam hominum turbam vidis, cum me hic mitteret Iobus: ceterum quid sit, ne scio. D. Recede, consite istinc. C. Regem plurima salute & latitiam imperio, cuius Deus hostes omnes hodie uictus est. D. Saluistne est adolescentis Absolomus? Ch. Utinam sic sint omnes tui hostes, o rex, & quotquot tibi malum machinantur. Da. Fili mi, fili mi Absolome uiriam ego pro te sim mortuus. Absolome fili, fili, fili, heu me miserum. C. Luctum attuli, non latitiam, nec solu regi qui auerato interiu filii, se coniecit in coenaculum porta, ubi in luctu sit, & se afflicteret: sed eti populo universo, cuius latitiam auditare regis tristitia, in marorem conuerteret,

et, sed videor Iobum hic aduenientem: stomachatus? I. O lepidum regem, & dignum cuius abhuc vivat filius, uiriam est? C. Sursum est. I. Quem ego nisi: sed me comprimam. O turpe spectaculum. Itine vero David! Sic sine tuos omnes hodie dedecoras? Et eorum honestissimam uitriam, in secundum trium conuertis? Quis te uisque liberos, & uxores, tum iustas, tum concubinas à crudelissima morte vindicauerunt? At non oportet quod tu facis ita amare inimicos, ut oderis amicos. Nunc quidem facile ostendis, te tuos omnes nobiles & ignobiles pro nihil habere. Name equidem compertum habeo te unius Absolomi salutem nostra omnium morte uelle redemptam. Verum agè, prodis & tuos affare leniter, nam per Deum immortalē, nisi ipsa prodeas, efficiam ut ante noctem omnes ad unum a te deficiant: quo granus malum nullum unquam in vita tibi evenit.

SENTENTIA.

Honora partes tuos si vi vivere diu. Indignus est vita, qui in auctoritate sua ingratus est. Dignus est infami morte, qui bonum male prouul. Audentem amorem ne iuniora quidem iniuria extinguit.

BERZELÆVS. 2. Reg. 19.

ARGUMENTVM.

Berzelum pro eius in meritis uult David: in uiam ducere. Sed ille proprie senectam reculante, abductus eius loco Chamaenum.

Berzeleus, David.

S Aliae nobis tandem reddite Israelitarum rex. D. O salutem multum, Berzelæ, homo de me multum bene merito. Trigesies tu tecum Jordarem, ego te apud me aliam Hierosolymis. B. At quot annos natus, ut cum regre Hierosolymam ascendam? Ago nunc octogesimum annum, poterō bonum a malo discernere? Poterōne cibo

cibo & potionē delectari? Ast fidicinum fidicinavimus
ēcūmis audire? Quid opus est ut tibi amplius simoneri?
Liceat mibi tecum parvulum trans Iordanem progresso
(cur orim tanto me cumules beneficio) liceat inquam
revertri, & in mea patria finire vitam, inque meorum pa-
rentum sepulcro huius? Ceterūm hic Chamaus tecum
perget: hoc tu ueris, ut tibi visum erit. D. Ergo tra-
jicit Chamaus: Ego eum omnibus beneficijs ornabo,
quibus ornandum esse iudicaueris: tibiq; omnia prestabo,
qua à me exspectaueris.

SENTENTIA.

In homines piis & gratos bone conseruntur beneficia.

BETH S AB A. 3. Reg. I.

ARGUMENTVM.

Bethsaba de Nathanis consilio, à vultu Davide impetrat ut rex cice-
tur Salomon.

Nathan, Bethsaba, David, Banias.

ANNON audiueristi Bethsaba, Adoniam Hagitha si-
alium regem creatum esse in scio domino nostro Da-
uide? Age dabo tibi consilium, quo tne tuq; filij Salomo-
nis vite consulas. Conueni regem Davidem, & ex eo
quere, qui sit, ut cum Salomonem filium tuu regnum post se
solimumque suum sit pollicitus, nunc regnet Adoniam? Ego
te adhuc cum eo colloquente, ingrediar post te, & tuam
orationem complebo. B. Bene consulis, adeo eum. Salue
rex. D. Quid vis? Re. Domine, tu mibi per Iehonam De-
um tuum iurasti, Salomonem filium meum post te regem
fore, & in solio tuo sessurum. Atqui Adoniam te nesciente
regnum tuu si bouefq; & altilia, ovesq; & capras mag-
na copi, immolauit: ad quas epulas cum regios omnes
Abiatharemq; pontificem, & exercitus ducem Iobatum
inua-

imitauerit, Salomonem tuum non invitauit. In te autem
domine rex omnium Israëlitarum oculi sunt intenti, ut
eis significes, ecquis sit in solio tuo post te sessuru. Te
quidem ita defunflo, mecum, & cū meo nato Salomone
peccati agetur. N. Salue rex Israëlitarum: inquitine A-
doniam tibi in regnum succedere? Nam is quidem ho-
de rūs descendit, pecor. q; multa malauit, & eō regios
omnes natos, exercitusque duces, & Abiatharem pontifi-
cem vocauit, qui nunc apud eum epulatur, Adoniamq;
regens salutant: me vero, & Sadocum pontificem, &
Baniam Ioiada filium, & Salomonem tuum non ini-
mitauit. V. elix te scire, an hac res te anctore sit, ne q; tu
nabi significaueris, ecquis sit in tuo solio post te sessurus.
D. Euocetur hic mihi Bethsaba. Audi Bethsaba. Per
Iehonam immortalē, qui meam vitam ex tot angustijs
evipuit, quemadmodum tibi Iehonam Deum Israëli-
tarum invasi, Salomonem filium tuum post te regna-
turum, & in solio meo pro me sessurum, sic hodie faciam.
Be. Sit iam regi Davidi precor sempiternam. D. Consec-
tar hic Sadocum pontificem, & Nathan vates, & Banias
Ioiada filij. N. Adsumus. D. Adhibeite vestros con-
seruos, & Salomonem filium meum, mule quād habeo,
impositum deducite Gehorem, cumque ibi tu Sadoce, &
tu Nathan, regem Israëlitarum vngitote: tū tuba clan-
gitote, & Salomonem regem salutatote. Deinde vobis
sequentibus ipse venito sessum in solio meo pro me regna-
turus. Hunc eniatum Israëlitarum, tum Iudeorum im-
peratorē esse in beo. N. Faxit Iehova Deus tuus domine
rex, ut quemadmodum tibi adfuit, sic adfuit etiam Salo-
moni, eiusq; solium etiam supra Davidicum extollat.

SEN-

DIALOG. SACRORVM

SENTENTIA.

Sapientibus consilium sequi sapientia est.

SALOMON. 3. Reg. 3.

ARGUMENTVM.

Dolorum miserericordium litem, de oppresso per somnum alterius infans conundatam, disimit salomon diuina sapientia.

Merecitur, Salomon, Altera Merecrix.

Tu sis fides imploro, ô rex: audi me paulisper. **S.** Quid noua rei est? **L**oquere. **M.** Ego & hac mulier in eadem domo agimus, & virga peperimus: sed ea tridice post me: cùmque domi essemus neque quisquam preterea adfasset, mortuus est ei filius noctu, ut foris incubuit ei. Itaque media nocte surrexit, & surreptum meum filium, qui meo latere accubabat, supposuit sibi, suum autem mortuum mihi, me dormiente. **M.** Quæ ubi me exire, mammam infantis datura, video mortuum. **H**ic ego cùs iam diluxisset, dum cum diligenter complector, animaduerti, non esse eum quem peperoram. **A.** Non ita est, quin meus est qui viuit, tuus qui interit. **M.** Intra vero tuus mortuus es, meus viuit. **A.** Mentiris. **M.** Non enim meo mentior, sed dico quod res est. **S.** Virga tuum esse affirmat eum qui viuit, demortuumque repudiat. Cedes hoc mihi tu cultrum, partimini aquilater puerum viueniem, & date utrique dimidium. **M.** Obsecro te rex, detur ei potius totus quam intereat. **A.** Nec meus est, nec tuus, placet diuini medium. **S.** Eum adindico priori, que perimi vetat, nam ea mater est.

SENTENTIA.

Ad plerasque illes dijudicandas opus est diuina sapientia. Iudici multa simulanda sunt, ut sapienter iudicet. Et verum & factum amorem res ipsa dederit.

ROBOAMVS. 3. Reg. 12.

ARGV-

LIBER. II

ARGUMENTVM.

Roboamus repudiato senuni fratre consilio, iuvenum insarum consilium sequitur de opprimento maiori in super seruitate populo, quam qua ipsius pater Salomon oppresserat.

Roboamus, Senes, Iuvenes.

PEt hę à me uniuersum Israelitearum usq[ue], ut quiam meus pater inq[ue] eos pressisset, ego illis servitutis gravitatem lenarem: sc̄ enim ita deum mihi obedirent. Nunc ex vobis, senes, sc̄re velim, quid mihi suadeatis ut eis respondeam super hac re. **S.** Si hodie populo obsequutus fueris, eique obtemperans humānè responderies, habebis eum semper obtemperantem. **R.** Audio. Nunc exiuste paulisper foras. Introducantur iuvenes, aequales me: mecumq[ue] educati. Quid mihi auctores esti iuvenes, ut populo respondaneam, petenti ut sibi à gravitate servitutis, qua si sit à patre nō eo oppressi, relaxem aliquid? **I.** Tu verò respōdas, tuorum membrorum ministrum crassissime rife, quam tu parentis medium corporis truncauit. **Q**uod si ille eos gravius inq[ue] pressisset, te pressurum grauiore. Si is eos verberibus occidit, te eos scorpionibus concisurum. **R.** Proba. **V**estrum mihi consilium magis probatum, quād serum, itaque id sequar.

SENTENTIA.
Senum propria est prudenter, iuvenum temeritas. Stulti stultorum confidit libenter obsequuntur.

SAREPHTHANA. 3. Reg. 17.

ARGUMENTVM.
Elias missus à Iehoua, Sarepthanam mulierculam perpetuata eterna & oleo, a fame tuerit.

Elias, Sarepthana mulier.

Hec mulier, queso te ut petas paululum aqua in aliquo vaseculo, quod mihi bidendum des. **S.** Ego verbè & pertibenter. **E.** Sed hessus afferto tecum & frustum panis. **S.** Ego verò (Iehouam Deum tuum immortaliter) ster)

bor) collum non habeo: sed tantum farine pugillum in eado, & olei pusillum quod in ampulla. Nunc colligo panulum ligni, ad id, quod habeo, mihi, meisq[ue] liberis parandum: quo consumpto, superest ut fame pereamus. E. Bonus animo, i factum ut dixisti. Sed mihi prius deploratum inde confitum afferio, deinde tibi tuisque liberis fabetura. Nam hoc tibi à Iehoua Israelitearum Deo confirmatio, non prius farine cadum, & olei ampullam exhaustum iri, quam, Iehona terram pluvia irrigauerit. S. Faciam eti abies.

SENTENTIA.

Tenues & famelici recipit Deus. Tenues & famelici multè filii erident Deo quām potentes & svari. Primitus debentur Deo & his. Deus eorum laborem faciliter, qui Deo primas tribuant. Exalcerat habet qui Deo habet, quantumcumque habet.

ELIAS. 3. Reg. 18.

ARGUMENTVM.

Elias cum latuerit tres annos, & sex mensis, quod toto spatio non plus ratiocinatus ab Abdia venit ad regem Achabum: & conunciat Baalis Lucanique vatisbus, exstirpato inter ipsos & Eliam certamine de litigatione, cum illi licet Baali non potuerint, ipse Iehouah sit. Deinde vates illos necando erat. Postremò conseruo monte Carmelo, pluvia n impetrat a Iehona.

Abdias, Elias, Achabus, Populus, Vates Baalis, Puer Eliae.

ditam, qui antequam in eius complexum venerant, mor-
tali sunt. ab Asmodao (vt dicitur) demonum rege necati.
Quæc proprie ne me ille interficiat, non mediocriter perti-
mit: *sc̄o.* Quod si fieret, parentibus tristissimi causam exis-
tit præberem, qui alium nullum neque filium neque fa-
liam habent, à quo eis vita defunctis parentetur. Ra-
Vercre modo Iehouam, eiusque memor esto: tum etiam
patris tui preceptum recordare, à quo iussus es uxorem
einsde tecum familie dicere. Tum me auctore nihil de-
monem timueris. Satis exploratum habeo, te eam hanc
noctem in matrimonio esse habiturum. Igitur ubi in cu-
biculum cum ea introlieris, sumito cor piscis quem tu
in Tigra flumine dilacerasti: & eo sub eis pallam suf-
fitum facito. Eo nidore olfacto demon puellam fugiet,
nunquam eam repetituris posse. Cum autem tibi cura
ea congregi libebit, surgitote de lecto geniali. Iehouamq;
oratote, & obsecratote, ut vobis pro sua clementia opem
ferret, phelleque mederi vellat. Tum demum cum eam
bibe-

DIALOG. SACRORVM

Babebis, ex quā liberos mares procreabis. Sed omnem timorem abice: nam et tibi destinata est ante orbem conditum, per teq̄, eam Iehoua à demone vindicaturus est. T. *Quid fuiturum sit, viderit Deus. Sed certe facit tuus oratio, ut à coningione non obhorream. Rap. Iam appropinquamus domo Raguelis: & ecce eum ante suā ades.* Salve, Rag. *Saluete & vos. Aſpice huc Edna, quām hic adolescentis forma referat Tobium frātrem meū? E.* *Vnde cōtis fratres? Rap. Ex captiuis qui sunt Ninive ex Nephishalina tribū. E. Noſtī ſte Tobium frātē noſtrū?* Rap. *Noſtimus. E. Valēne?* Rap. *Valēt. T. Iste Tobium frater (ut dicitur) uester pater meus ēst.* Rag. *O fanſtū diem! Libet te compleſti. Iehonam tibi propitiū precepit fili: nam ex viro optimo & probissimo natus es. Agē rixor, ji quid ēft lantius, apparetur cara: placet arietens multare. Volo ego hos hospites acc. pi liberalicer. Succedite noſtro teſto: preferrimus noſtros bilates.* T. *Iam tempus admonet Azaria, ut de matrimonio mentionis incicias.* Rap. *Mersim. Quoniam filiam habes iam nubilem.* Raguel. *& hic ēft adolescentis & equalis illi, & tribulū petebas ut eam sibi nuptiam locares. Non me preterit, satim ſeſſe eam tibi quam alteri tradi. Sed verum tibi dicam. Eam iam ſeptem viri locani (ut tu ſcieas) qui omnes ante eius congreſſum mortui ſunt. Verūm ede, & ibi, & iſtam rem omitte. T. Nihil agis: neque cibum ego, neque patiōnem capias, quin tu eam mihi in matrimonium confeſſeris. Rag. Poſtquām ita infixum in animo habes, obtinetuſe ſanē. Et quia consanguinei ūtis, ego iam nunc eam sibi in matrimonium trado, ex iſtituto Moſaico, & Iſraelitico. Huc addes Sara: accipe hanc*

Tobia,

LIBER. III.

77

Tobia: Iehoua Deus cœleſtis vos hac nocte cufiſtodiāt in columnis, ſtaque in vos clementia utiatr.

SEN TENTIA.

Pitorum opera fūnt autore & due Deo. Pij voluntatibus etiam licitis imperant, non feruntur. Pij fugant demonia. In pios potefatēm non habet demon.

RAGVEL. Tob. IO.

ARGUMENTVM.

Tobias Raguel ſocero ſuo valedicit, ſecum abducent illius filiam Sarah uxorem iure.

Tobias, Raguel.

*M*ī ſocer Raguel, tu à me poſtulaſi, ut manerem apud te dies quatuordecim, & cum filia tua uxore mea Sara ſuauiter viuerem, id quod tibi conceſſi. Nunc finita ēſt dies: itaque peto ab te, ut me dimittas. Mei enim parentes, ambo, dies numerant, neque putant hoc loco remeffe. Rag. Doleo me tam parvum ſpatium à te petiſſe. Sed nihil obſtat, quo minuſ id fiat longius. Mane apud me diuitiis: ego mittam ad tuum patrem nuncius qui ei totum negotiū renunciēt, ne ſit de te ſolitus. T. Quaſo te, noli me morari: cupio omnino ad parentes reuerti. Rag. Quando irgēs, non remorabor inuitum. Ecce trado tibi meam filiam Sarām, nec non diuidiuſ facultatum mearum. Itē faſiliter, Deus Iehoua, Deus maiorum noſtrorum, vos facundet mihi que ex vobis liberos mares oſtendat, qui Iehouana legi dent operam. Agite doſoculari vos volo. Vide mea filia ut tuum ſocerum & ſocrum (qui nunc tui parentes ſunt) habeas in magno honore, maritūm diligas, familiam regas, domum gubernes: & teipſam præſtes inculpatam, & cum bona pace profecta efficias, ut bonam de te famā viuentes adhuc, te i bilare ſāccipiamus. Es tu Tobia fili,

vale

DIALOG. SACRORVM

vale. Ichoue te Deus coelestis salunim perducat, mibiq; ex te & filia mea Sara liberos Ichoues studiosos, eique probatos ostendat, antequam moriar. Ecce Sarah filiam meam in potestate tua: noli eam unquam male trahere. Ite sanc*t*incolumes. S.V. Ilete parentes charissimi: valete cognati & amiciorum. T. Vale sacer: vale socrus: valete omnes. Ego Ichoue gratias ago, qui me letum reddiderit, & tot beneficys tam mirifice affecerit.

SENTENTIA.

Vxoris est sequi virum, & propter cum parentes, patri & inque relinque. Est enim maximoni consueto artifex quam natura.

TOB&EV. Tob. II.

ARGUMENTVM.

Tobias ex Media reuerius venit ad parentes, & felle piscis oculos patris sanat à cecitate, qua de re pater Deo gratias agit.

Raphael, Tobias, Anna, Tobias.

Frater, tu scis quām sollicitum reliqueris utrumque parentem. Quapropter antecedans ego & tu; vxore tua cum famulis, reliquoque nostro comitatu subsequente. T. Bene mores. R. Prepara felipiscis. A. At at, & mi vir, aduentat meus Tobias cum comite. Curro ei obuiam. R. Tu patris, quem video esse cacum, oculi felle isto aperientur, atque sanabuntur. Itaq; cūm ad eum accesseris illinitio eius oculos isto felle: tum ille felis mordacitatem sentiens, sibi oculos fricabit, atque ita deicta albugine, & cōlum & te latus videbit. A. Ognate iam mortem non deprecor, postquam tuum conspectum cerneret licuit. T. Salve mea mater. Sed accedit hic pater. Hei mibi, collapsus est, Accurram. O mi pater, salue. T. Salve fili optatissime, ut vales? T. Optimè est, Deo gratia. Sed patere me tibi oculos illinere hoc felle. Nkm spero hoc

LIBER. III.

78

hoc tibi fore salutare. T. Libenter patiar. T. Expelleamus paulisper. T. Sentio fellis mordacitatem. T. Erica tuos oculos. T. O supra modum mirandum miraculum. Nanc te liquido video fili: amplectere me, gratias ago. Ichoue D^ro Israelitearum, qui cœcos illuminat, qui mibi oculos aperuerit: cuius nomen nullis unquam sacrilegio digne laudari poterit, qui in me hoc tantum munus contulerit. Hic vulnusat, & sanat: hic occidit, & vitam dat: huic gratias ago, qui te nobis, feliciter ex pedito itinere, saluum latēisque restituit.

SENTENTIA.

Deus suos à miseria tandem libera: Medicina mordax, Deo gratias sunt agenda de omnib; homi.

RAPHAEL. Tob. 12.

ARGUMENTVM.

Raphael Tobias, & Tobias, sibi mercedem solitare volentibus, se inilitat, eique officium precipit.

Tobias, Tobias, Raphael.

Tobi; sibi soluamus isti homini, qui te comitatus est, mercedem: & eam cum corollario. T. Pater, demus ei dimidiato partem pecunie, quam illinc attuli. Nam is me incolumem duxit, & deduxit: meāmq; vxorem sanauit; & argentum à Gabele abstulit, & tibi oculos sanauit: pro quibus omnibus, quoniam ei referri par gratia potest? Huc ades Azaria, Accipe frater mercedem tuam, id est, dimidiato pecuniam, quam illinc asportasti: & vale. R. Canite Ichoue carmen nouum, eique gratias agite, & eiu nomen celebrate, pro tantis eius in vos collatis beneficiis, crebrisque precibus, supplicationibus & beneficentia erga agentes, cum effectu, ite, quoad viuetis. Nam plus apud eum valet assiduum beneficentia officium, quam argenti, autque copiosa, corgeries: ut ipso

I 2

79

DIALOG. SACRORVM

cum beneficentia vindictet à morte. Evidem nibil vos de rei veritate celabo. Quo tempore tu inaque natus Sara, sancti opem numinis precibus suppliciter, magno cum animi angore implorabatis, vestras ego preces (ut vos sciat) ad maiestatis solium subuehebam, cumque tu mortuorum felicitas, aderem tibi, tisque difficillimis rebus, ab sebena, qui te oculorum cecitate tentauerat (solit enim hoc patto periculum facere bonorum) missus sum ad te sanandum, & Saram tuam nuntius. Sum autem Raphael genius, unus de principibus qui ad gloria solium famulatur. Nolite timere. Bene vobis se res habet. Agite lebome gratias pro tantis miraculis, que vobis exhibuit. Nam quod me, quandiu vobis sum versatus sum, edere & bibere vidisti, species ille fuit, que vestris oculis obuersabatur: cum re ipsa, neque ederem neque biberem. Quare mandate hac omnia literis, que vos vestri erga Deum officij per omnem vitam admoneant, atque hanc rem in omnem omnium etatum eternitatem testentur: & Iehoma gratias agite, eiusque sacram memoriam pie retinete, mique iam absolvite, ut ad Deum me recipiam, à quo sum missus ad vos.

SENTENTIA.

Deus pijs sepe ne exigitibus quidem proficit. Per crucis Denuos ad felicitatem. Pitorum primordia tristitia, exitus latitudo.

A CHIOR. Indith. 5.

ARGUMENTVM.

Querenti Oloferni de Iudeorum statu, narrat Achior: & quoniam eos inuidios esse dicit (nisi sorci Deum suum offenderint) iuratus Olofernes eum iuber ad Betulienenses Iudeos deduci, ut vna cum illis pereat.

Olofernes, Achior, Proceres.

Narrate mihi vos Cananéi, de istius nationis hominibus

LIBER. III.

minibus, qui in montanis habitant: quas incolant urbites, quantum habeant copiarum multitudinem, qua re pluvium valeant, & possint, quo rege & exercitus duce utantur: & cur soli ex occidentalibus mibi obuiam venire neglexerint. A. Audi domine orationem ferni tui. Enunciabo tibi rem omnem, ut se habeat de gente ista montana, que finitos tibi fines incolit: neque ullum ex ore meo mendacium excidet. Homines sunt progeniti à Chaldais, qui principio, Mesopotamiam incoluerunt. Cum enim deos patrios Chaldaeorum dereliquerent: patriisque moribus relitti, unum sibi Deum celestem ad adorandum diligenter, ab illo exagitati, in Mesopotamiam aufugerunt. Ibi cum aliquando comorari essent, iussi à Deo suo in Chananaam commigrare, paruerunt, atque in Chananaam comorasti, magnum auri argenteique & pecoris numerum comparaverunt. Postea dominante fame, in Egyptum deuenierunt: ubi tam diu incoluerunt, donec in innumerabilē in hominum multitudinem excreuerunt. Deinde cum à rege Egypti crudelius tractarentur, & lateres conficeret indignē & labore seruili cogerentur, Deum suum implorarunt, qui totam Egyptum inineluctabilibus calamitatibus ictibus perculit. Quibus malis coacti Egypti, eos tandem ab se se emiserunt. Sed postea remissi malo, cum eos fugientes resocare, rursumq; in seruitute redigere conarentur, Deum illis mare rubrum disclusi, ita ut ab utroq; latere, aqua in muri firmitatem concreta staret, qua illi via in seco per medium mari solum pertransirent. Eodem Egyptius exercitus consequens, aqua submersus ita est, ut ex innumerabili multitudi-

ne, ne nuncius quidem euaserit. Traieci in mare rubrum, in solitudinem mortis Sinae venerunt, ubi mortalium nemo consistere unquam, aut habitare potuerat: ibi dulces ex amaris fontes ad bibendum habuerunt, & vultum de cœlo per quadraginta annos accepérunt. Ac quocunq; unquam venerunt, Dei eorum hostes pro eis, nullo arcu, nulla sagitta, nullo scuto, nullo gladio debellavit, neq; unquam hinc genti resisti potuit, nisi si quando à sui Dei cultu deflexit. Nam quoties alium Denū quam suum coluerunt, & repudi sunt, & omnes à bello concutellas pertulerunt. Quoties autem Dei sui cultum repetiuerunt, Deus eis cælestis resistendi vires dedit. Ad exterritum Chanakos, Ichuscos, Pherezaos, Hetteaos, Henaeos, Amoraeos, & fortissimos quosq; Hesebonios deleuerunt, eorumq; agros & oppida occuparunt. Ac quam diu se se à Deo suo offendendo continuerunt, multis bonis fructi, Dec̄ḡsho (qui improbusarem edidit) prospero usi sunt, & ante hac tempora, cum ab eo viñedi ratione, quam eis Deus tradiderat, declinassent, diversis diversarum gentium bellis profligati, & tandem frequentes in extraneas regiones captiui abducti sunt, eorumq; & fanum solo equatum & oppida capta, & ab hostibus compilata sunt. Sed nunc ad Denū suum conuersis dispersione ac dissipations congregati sunt, deseritosq; mōtes occuparunt, & Hierosolymam (in quo eoruū sacrarium est) obiunuerūt. Quare disquirendū est decimē, si qua in offensa sunt apud Deum. Nem si sunt, facile ipsō concedenie superabimus. Quid sibil ab eis est cōsūsum, bello supercedendū censeo: ne Deo pro eis propagnante, infamiam apud omnes mortales subeamus. Pr. Quis est iste, qui tantum tribuit Israélitū, ut eos putes

Nabuccho-

Nabuchodonosori posse resistere? Homines imbellis, & rei militaris ignaros, qui, me hercle, vñū iui, Olofernes, exercitus imperii sustinere nō potuerūt. Inuadimus modò, & Achiori ostendamus, eos posse superari. O. Quonia tu nobis istud oraculum, præclare vates, edidisti. Israélitas à Deo suo defensos iri; ut intelligas unum esse Deum Nabuchodonosorem, cōtra cuius iniūctam potestatem ne illorum quidem Deus stare possit: nos, qui ab eo missi sumus, illos ad vñū funditus, ad interneccō: ita delebimus, & equitatu proculcabitus, ut eoruū montes sanguine redundant, & campi corporibus compleantur, citiusq; illos ad fugam quās nos ad perdēdum vires deficient. Hec est totius orbis domini Nabuchodonosoris indeclinabilis sententia. At tu Amonitarum mercenarie, Achior, qui tam diuinum nobis oraculum effatus es, esto sanè tante perteceps potentie, & quos nobis anteponis, ad eos defice; ut cum eis potius, ut dignus es, pereas, & inter eos à nostra acie contradicatus, des paenam. Quid si tantum tua superstitioni confidis, ut me, que suspicio, præstare nō posse credas: quid metu exalbescis? Hic tibi tua sunt omnia, non peribis, nisi cū illis quos perire non posse vaticinaris. Vos mei satellites, abripite hūc Bethuliam, ad suos Israélitas: ut illorum potius exiti, quam nostra sit socius victoria.

SENTENTIA.

Veritas insita mundo. Etiam de veritate rogantes, veritatem audiunt. Assentitorum planz sunt domus, aureisque potentium. Assentorem qui amat, ruinam amat. Causam antecedit superbia.

IVDITHA. Judith.8.

ARGUMENTVM.

Juditha Bethulienium primates obiurgat quod de vrbis deditione p. & cōf. sunt, & eos consolata, sc̄le ad eis succurrendū parat.

I 4

Juditha,

Iuditha, Ozias, & cateri Senatorer.

Attendite primates populi Bethulienis. Promisistiis
populo, & quidem interposito iure iurando, vos vero
bem hostibus post quinque dies esse dedituros: nisi Deus
vobis interea iuterit auxilium. Itane vero tempus di-
ne statuitis misericordie? Et ei diem vestro arbitrio di-
citis? Hoccine tandem est, Deum ad clementiam pellice-
re? An ad iracundiam instigare? Dicite mihi vos qui
Dei voluntatem in certum quoddam curriculum in-
cluditis, potestisne, non dicam Dei, sed hominum ani-
ma qui sit & consilium peruestigare? Quia Dei horum
essentium auctoritate mentem eius teneatis? Nihil minus,
frater. Nolite Dei iram pronocare: qui si nolit intra
quinque dies auxiliari nobis, at potest intra quot volet,
potest nos quolibet die vel tutari, vel hostium crudelitati
objacere. Vos vero nolite Dei quasi scrutari consilium.
Neque enim is est, ut aut mino, hominum more, terren-
dus, ant arbitrio cuiuspiam sit coercendus. Quare expe-
tamus ab eo salutem eiusq; auxilium petamus. Spero, e-
um pro sua facilitate, nostras preces audissemus: preser-
tim cum nulla hodie in nostro genere neq; tribus extet,
neque natio, neque populus, neque ciuitas, qua deos colat
fabiles: quae res superioribus temporibus in causa fuit,
ut patres nostri bello & directionibus vastati, & ab
hostibus magna clade concisi sint. At nos alium deum
non agnoscimus, unde sperare debemus eum non esse nos
nostrumq; geniu[m] despecturum. Quod si in hostium po-
testatem venimus, non tantum nobis nocuerimus, sed
etiam reliqua Iudee, nostraque sacraria depeculanda
reliquerimus, quorum pollutionem, & consanguinco-

THURS

rum nostrorum metum, & nationis captiuitatem, & no-
strarum possessuum vastitatem Deus temeritatis nostra
acceptam feret, & a nobis paenam reposet, ubiqueq[ue]
gentium sumus seruituri, ut a nostris dominis indigni-
tates omnes & contumelia nobis sint perferendas. Neq;
enim talis seruitus nobis Dei gratiam, sed hominum af-
ferret infamiam. Quamobrem fratres (quandoquidem a vo-
bis alterum animi pendent, vobis sacrarium, vobis famam,
vobis aranititur) demonstrare consanguineis nostris non
esse desperandum, contraque quidquid acciderit, for-
titer esse & constanter ferendum: Deoque in his omni-
bus gratias agendas, qui nos tentat, sicut olim parres
nostros tentauit. Recordamini Abrahamum, Isaacum,
Iacobum, Moysen, denique omnes ueros Dei cultores &
amicos, quot, quantos, quam varios perpessi sunt dolores.
Constituite nunc alterius ex parte eos, qui Dei periclitatio-
nis impatiens, contemptius de eo, & grauius, & sen-
serunt, & locuti sunt, ut fidei perditis, & a serpentibus
exanimati sint. Quare ne horum desperationem sequa-
mur, sed illorum superiorum fiduciam imitemur: cogite
musq; nos, non ut hostes extremo supplicio affici, sed ut
seruos fontes salutari verberationis medicina corrigi.
Oz. Recite tu quidem omnia, & que nemoneget. Neque
nunc primum tua prudentia, intelligentia, consilium in-
notescit: quintam ab incertitate atque vulgo copertum est,
ista esse in te singularia. Sed & plebem fitis ad efflagi-
tandum, & nos plebs ad iurandum edgit, quod in iuri-
randum violare nobis nefas est. Quocirca precare tu pro
nobis Deum, qua pia & religiosa mulier es, ut pluvia no-
stros lacus implete, ne siti deficiamus. Iu. Quicadmodum
igitur

igitur id quod dixi à Deo esse sentitis: ita etiam id quod facere decreui, an ab eodem proficiatur periculum facite: Deumq; orate, ut meum consilium comprobet. Sum enim facinus editura, quod onus posteritatis memoria concelebret. Vos hac nocte ad portam eritis, ego eum ancilla mea exibo, ac spero fore, ut Deus intra dies post quos urbis deditione concessisti, per me Israelitis subueniat. Sed nolo vos in meum propositum inquirere (nēq; enim vobis, nisi re perfecta, enunciabo) neque quidquam aliud, nisi Deus pro me usq; ad meum redditum orare. Oz. Bene vale, Deo tibi ad hostium ultionem viam praeunte.

SENTENTIA.

Deo prescribendum non est. Insontibus etiam in sura desperatione de Deo bene sperandum est. Magnum innocentia praesidium.

OLOFERNES. Judith. 10.

ARGUMENTVM.

Juditha ad Olophernem perducia, ei per dolus promittit de Iudeis victoriam.

Excubidores, Juditha, Milites, Olofernes.

Cuias es mulier? Vnde, & quo? I. Ex Hebrais sum: quos quia exploratum habeo venturos in vestram potestatem, ab eis transfigio, neque ad Olofernem imperiorem recipio, ut ei illorum arcana aperiam, viamq; demonstrem, qua omnibus montans sine suorum cuiuspiam cede, potiarum. Ex. Bene tua vita prospexit, que ad dominum nostrum venire & cum venire decreueris. Nos te ante eum sistemus. Quod cum peruerteris, nolito animo formidare, quod minus rem omnem exponas. Nam hoc tibi confirmare possumus, te eo beneficio esse vsuram. Dedicamus eam ad imperatoris tabernacula. Vos reliqui interea excubias nibilominus habete. Nos centum eam ducentum. M. Hemistu, quod tam manè tanto studio

studio & frequentia festinatur? Al. Dicitur transfigam quandam Hebream ad imperatorem duci, qua sit mirabilis pulchritudine. M. Accurramus. O venustatem incredibilem. Quis militiam detrecte aduersus Hebreos, qui tales habeant mulieres? Pro quibus pugnando, ecumbe quis dubitet? I. Salve imperator maxime. Ol. Allehate eam mei satellites. Bono animo es mulier, depone animi metum. Nam ego nemini vnguam malefeci, qui terrarum orbis domino Nabuchodonosori servire voluerit. Quid nistri tamen, montium fiducia, contempssent, nunquam ego meam in eos hastam vibranssem. Sed ipsi sibi malum hoc conflauerunt. Verum dic mihi, quam ob causam ab eis ad nos persuga transieris. Num ad salutem venisti? Sume animum, viues & in banc noctem & in posterum, neque tibi quisquam officiet, contraque tecum bene agetur, quonodo solet cum servis domini mei regis Nabuchodonosoris. I. Attende igitur, quod dicam, domine, & ea memoria manda. Diccam autem nihil vanum (abst) sed ead dicum, quae si se qui voles, rem tibi perfectam tradet Deus, neque iuste conatus frustrabitur. Ita vivat omnis terrarum rex Nabuchodonosor, & eiusdem tibi concreedita potestas, à quo ad omnes mortales corrigendos missus es, ut per te, non solum homines illi seruient, verum etiā feræ, pecora, volucres sub eius imperium tua virtute subiectentur. Nam non solum de tua sapientia tuique ingenio acumine fama apud nos percrebuit: sed etiā per omnes iam oras sermones dissipati sunt, te unum esse toto in regno optimum, potentissimum. & in rei militaris prudentia admirabilissimum. Iam vero Achior qua in tuo confi-

DIALOG. SACRORVM

confilio dixit, & quatuor respondisti amita nobis sunt,
Nam comprehensu à Belbuliensibus, rem omnem eis
exposuit. Cuius tu caue ne orationem negligas, sed me-
marie trid. 15, est enim vera: neque enim superari, neque
armis de bellari natio nostra potest; nisi Deum suum sce-
lere aliquo sibi infestum reddiderit. Quare ne tuis labor
irritus & inanis fiat, expectandum est domini scelus quad-
dam, quod iam in animis cōceptum habent, commiserint:
quo scelere cūm Deum irritauerint, faciles & sibi
perniciem, & tibi victoriam conciliabunt. Cum enim
commeatus & aqua deficiantur, statuerint pecora innu-
dere: & que gustare Deus in lege vetuit, omnia decre-
merunt insimere, frumentaque primitias & vini oleique
decimalia (qua seruabani dicata sacerdotibus, qui Hiero-
solymis apud Deum nostrum ministrant) consumere ha-
bent in animo, qua nec manibus tangere cīquam pro-
fano fas est. Idque ut sibi facere liceat, miserunt Hiero-
solymani (nam & Hierosolymitani eadem fecerunt)
qui sibi potestatem à senatu offerant: qua potestate ad
eos relata, facturi sunt quod dixi, & tum deum in tu-
am potestatem veniuri. Horum ego omnium non ignara
ab eis ausfigi, eiusmodi erga te facinus ex Dei manda-
to editura, ut ad eius audiūm omnes sint mortales ad-
mira. ura. Sum enim religiosa, cōsīg̃ prepotenterem Deum
noctes diesque colo. Interea apudie commorans, domine
noctu itabam in vallem, Deumque precabor: qui ubi
me certiorē de eorum perfecto scelere fecerit, veniam
id tibi indicatum. Tum tu cīm omnibus copijs, nullo ex
eis repugnante proficisceris. Te ego per medium Iude-
am ad ipsam perducam Hierosolymam, tūnque cur-

THUR

LIBER. III.

rum in media urbe fistam, ut eos tanquam pastore desti-
tutus ones abigas, nullo tibi nec cane oblatrante. Hec o-
go mihi praesignificata, & pronunciata, ut tibi enuncia-
rem, missa sum. O. Beneficet Dux quod te populo pre-
misit: Quares & nobis victoriam & domini mei con-
temporibus periclitum afferat. Quod si tu quām es &
forma eleganti, & oratione eloquenti, tam præstabis que
locutae. & Deus tuus mibi Deus erit, & tu Nabuchodonosoris demoſtifica per totam urbem celebraberis. A-
gite mei serni, ducito hanc in meam cellam eique de meo
penis alimenta præbete. I. Dabis veniam: non licet mihi
gustare tua, nisi velim mibi malum confare. Sed ve-
scar eis, que mecum attuli. O. Quid? Vbi qua tecum ha-
bes defecerint, unde tibi talia subministrabimus, cūm
vestratio cibaria non habeamus? I. Sic tu bene vias do-
mine, ut ego non ante consumpero que habeo, quām De-
us per me efficerit, que decreuit facere.

SENTENTIA.

Qui verum audire non vult, dignus est qui mea laicis decipiatur. Qui
veritati non credit, is mendacio facile capitur. Mulieris pulchritudo & o-
ratio fallax. Bonum consilium qui repudiatur, in malum consilium cadit.

VIRAGO. Indub. I. 3.

ARGUMENTUM.

Juditha noctu caput Olofernis ferens, Detulam portis aperitis intrat, &
caput illud ostendens, eis quid factio sit opus præscribit. Deinde quoniam
paço Olofernem interfecerit, Achiori narrat.

Juditha, Excubidores, Cisus, Oxida, Achior.

Hens, heus vigiles, aperite, aperite portam. Deus
noster nobis adest, qui hodie insignem & pre-
clarum victoria honorem tradidit Israelit. E. Iudithe
vox auditur, socij descendamus properè ad portam. Con-
nocentur hinc senatorē, vos incendite faces. I. Vide A-
bra,

DIALOG. SACRORVM

bra, ut illud caput habeas in promptu, ut id poscente mo
 continuo de pera, una cum velo, de promas. Nam hic ade
 rit omnis ciuitas. C. Prelucete funeralibus vos: aperite
 portam Ianitores: introrsum eam, ut videamus quid
 noui ferat. I. Laudate Deum, laudate Deum, qui ab Is
 raeli stirpe misericordiam suam non auerterit, sed bo
 stes nostros hac nocte per meas manus frengerit. En vobis
 caput hostii vestri Olofernis, summi Assyriorum Imperatoris, en velamen in quo ille iacebat ebris, quens
 Deus mea facie deceptum, multebri manus occidit: me
 que cunctem, manentem, redeuentem, iussiolatam, inteme
 rataque conseruavit, neque ab illo violari permisit. Et
 nunc & illum vici, & me exallassi & vos liberatos es
 se letor, usque ut Dei bonitatem, infinitamque miseri
 cordiam pradicetis, exhortor. C. Agimus Deo nostro
 gratias, qui tibi tantam virtutem tribuerit, ut hodie per
 te nostros hostes in nihilum redegerit. Oz. O omnium
 mortalium feminarum Deo acceptissima femina, o ca
 li terrarumque creatoris Dei nunquam satis praetican
 da laudes: qui tuum vulnus in caput principis hostium
 nostrorum direxerit: quo facto tantam tibi hodierno die
 nominis gloriam comparauit, ut tua virtutis laus tam
 diu in hominum membris beatura, & linguis celebran
 da sit, quando in huius immortalis Dei factioris memo
 ria durabit, que quidem in tantis nationis nostra angu
 stijs non dubitaueris vitam tuam ruina opponere, & iam
 despondentibus animos subvenire. I. Attendite nunc fra
 tres. Hoc caput in pinnis marorum nostrorum suspende
 tis. Deinde orto sole uniuersi armati eruptionem facie
 tis, ita ut ad eorum oppugnanda praesidia descendere vi
 deamini.

LIBER. III.

83
 deamini. Tunc accedet (id quod erit necesse) ut ad Olo
 fernis tabernaculum concurratur: quo in vento mortuo,
 tantus illos timor occupabit, ut praesidium sibi in fugi po
 nant. Tum vos sequamini licebit, eosque passim Deo
 concedente obteratis. Sed ante accessum mibi & Achior
 Ammonita, ut Israelitarum contemporarem (a quo ad
 nos tanquam ad certam necem amandatum est) videat.
 Ad eundem Achior. Deus Israelitarum (cui tu testimonium
 dedisti, vultorem esse hostium suorum) caput omnium in
 fidelium, hac nocte mea manu truncavit. Quod ut ita
 esse credas, ecce tibi caput Olofernus, qui sua arrogan
 tia Deum Israelitarum despocabatur, tibi que mortem
 in communi Israelitarum cede assignabat. Ac. O te non
 solum in omnibus Iudee domiciliis, sed etiam in omni
 bus gentibus felicem, cuius auditu nomine, homines ad
 Deum laudandum excitabantur. Sed iam narra mihi
 si placet, quomodo te hoc tota in re gesseis. I. Principio
 cum hinc (ut scis) profecta incidisset in vigiles, ab eis
 deducta sum ad Olofernem, apud quem magna omnium
 expectatione iussa dicere cur aduenisset, simulavi me
 esse per fugam, que desperatione rerum nostrorum ade
 um transisset, demonstranque ea qua ex te audiuisse
 esse vera. Neg, enim genus hoc hominum posse sperari,
 nisi aliquo faciore admisso. Sed iam fama presso Israelita
 cogitare vesci eis, quibus vesci lex prohiberet: quo
 sceleri si se obstrinxissent, facile eos vultum iri. Quare
 expectaret, dum id scelus effet perpetratum, mihi que in
 terea in eius castris versanti faceret, quandocunque
 velcom, exercundi potestatem, ut Deum precarer; & illo
 sceleri commiso a Deo certior fierem, eumque de eo
 ad-

admonerem : tum demum enim esse superaturum. Credidit ille, mihique omnia qua petieram, concessit. Ita triduū in castris versata sum : noctū interim in vallem, Dei salutandi gratia venitans, Dei præsens auxilium suppliciter implorans. Quarto denique die ab illo ad compositionem accessit, adfui : ostendique me qui: quid imperasset, esse facturam. Potatur, ipse mei cupiditate ardens, largius se inuitat. Clausa cæna, cum ceteri, vni pleni discesserent, Vagao Eunuchus tabernaculum exterrè clausit, me ibi sola relixa cum Oloferne, qui ebrieitate & somno oppressus, in lello recubuerat. Hic ego cum pedisseque mea mandanisset ut extra cubiculum manus, exitum mibi tutum curaret, Deum (ad illius lectum stans) cum animo meo oravi, ut mibi tum meisque adesset. Deinde ad lecti columellam, que erat prope caput Olofernii, accedo, inde acinacem detraho, & ad lectum me applicans, sinistra casariem eius prehendo: Denique tacite precata, ut me in ea re confirmaret, collum summa vi bis ferio : amputatoque capite corpua à stragula ueste prouoluo, & ablato velo, exeo, ac pedisseque caput trado : quo in esciam peram indio, amba de more sic quasi ad supplicationem egressa, huc iuto perueniens. C. Salvi sumus resuimus : ô fanstam nobtem, que nos ab eterna nocte vindicas. Ach. Quanquam quod dixi Olofernii, de Dei vestri potestate, non aliter dixi quam sentiebam : tamen nunc mulio magis hac re confirmatus, credo, voloque deinceps, non iam Israælitarum laudator, sed ciuis esse, & in vestrum numerum pignore circumcisiois adscisci.

SEN-

SENTENTIA.

Superbissimus quisque turpissima morte dignus est. Velsignata misericordia Deus holles fures vicit. Credo duce vincentur milites.

SUSANNA. DAN. 13.

ARGUMENTVM.

Susanna à duobus servitoribus (qua ipiforma libidinosa obsequi reuulsæ) accusata adulterij, ad supplicium dampnata ducitur. Sed dimisit super eum Daniel, qui interrogacione prudentia, Senatorum calumniam palam facit, & que in ipso um caput supplicium concretit.

DUO SENATORES, CONCIO, SUSANNA,

Daniel puer.

AUdite uniuersa Iudeorum concio, quamobrem in vestrum indicium adducta sit hac Ioachimus uxor Susanna. Heri cum nos duo indices in hortis eius matriti, soli deambularemus, hec cum duabus pedisseque ingressa est : quas ubi foras amandaluit, hortorumq[ue] ianuâ obserauit: venit ad eam quida iuuenis, qui tum in occulto latebat, & cum ea cœcubuit. Nos qui in hortorum angulo eramus, animadherso tanto flagitio, accurrimus & eos vidimus quidem coentes, sed illum comprehendere nequonimus. Nam cum esset valentior quam nos, aperta ianuâ exiliit. Tantum hanc prehensam rogabamus, qui esset ille iuuenis, sed noluit nobis enunciare. Hec nos impositis huic rea (sicut mos est) manibus testamur: C. Satis explorata res est. Senatores sunt qui testificantur: id est indices: dubitari non potest. Plectatur capite, quemadmodum lex iubet. S. O Deus immortalis qui occulta nosti : qui omnia etiam ante quam facta sint perspicis, tu scis, ut hi falsum contra me testimonium dixerint, ac vides ut capite dem poenas, cum nihil eorum commiserim, que isti contra me per calumnians malitiamque commenti sunt. Duo Sen. Non est mirandum, si turpissimum facinus inficiatur. Sed interius

E

dugit

admonerem : tum demum enim esse superaturum. Credidit ille, mihique omnia que petieram, concessit. Ita triduo in castris versata sum : noctu interim in vallem, Dei salutandi gratia ventitans, Dei presens auxilium suppliciter implorans. Quarto denique die ab illo ad compositionem accersita, adfui : ostendique me qui: quid imperasset, esse falluram. Potatur, ipse mei cupiditate ardens, largius se inuitat. Clausa cena, cum ceteri, vini pleni discessissent, Vagabundus tabernaculum exterrit clausi, me ibi sola relikt cum Oloferne, qui ebrietate & somno oppressus, in lecto recubuerat. Hic ego cum pedisseque mea mandanisset ut extra cubiculum manens, exitum mihi tutum curaret, Deum (ad illius lectum stans) cum animo meo oravi, ut mihi tum meisque adesset. Deinde ad lecti columellam, que erat prope caput Olofernii, accedo, inde acinacem detrabo, & ad lectum me applicans, sinistra casariem eius prehendo: Denique tacite precata, ut me in ea re confirmaret, collum summa vi bis ferio : amputatoque capite corpori à stragula ueste prouoluo, & ablato velo, exeo, ac pedisseque caput trado : quo in escariam peram induo, ambo de more sic quasi ad supplicationem egressi, huc iuto peruenimus. C. Salvi sumus, reniximus : o fanstam nobtem, que nos ab eterna nocte vindicas. Ach. Quanquam quid dixi Oloferni, de Dei uestri potestate, non aliter dixi quam sentiebam : tamen nunc mulio magis hac re confirmatus, credo, voloque deinceps, non iam Israelitearum laudator, sed cunis esse, & in uestrum numerum pignore circumcisiois adsciscit.

SEN-

Superbissimus quisque turpissima morte dignus est. Velfauina mors potest Deus hostes suos vicit. Celo due vincuntur milites.

SVS ANN A. Dan. 13.

Susanna à duabus feneribus (qua ipsorum libidinis obsequi tecebat) accusata adulteri, ad supplicium damnata ducitur. Sed dominus suspernit Daniel, qui interrogacione prudentia, Senatorum calumniam palam facit, atque ne in ipsorum caput supplicium conseruit.

Duo Senatores, Concordia, Susanna,

Daniel puer.

AUdite vniuersa Iudeorum concio, quamobrem in uestrum indicium adducta sit hac loachini vxori Susanna. Heri cum nos duo indices in hortis eius mari- ti, soli deambularemus, hec cum duabus pedisseque ingressa est : quas ubi foras amandanit, hortorumq. ianua obseruit : venit ad eam quida inueniens, qui tum in occultatebat, & cum ea cōcubuit. Nos qui in hortorum angulo eramus, animadverso tanto flagitio, accurritim & eos vidimus quidem coentes, sed illum comprehendere nequonimus. Nam cum esset valentior quam nos, aperta ianua exiit. Tantum hanc prehensam rogavimus, quis esset ille inueniens, sed noluit nobis enunciare. Hec nos impositis huic rea (sicut mos est) manibus testamur. C. Satis explorata res est. Senatores sunt qui testimoniificantur : id est indices : dubitari non potest. Plebitur capite, quemadmodum lex iubet. S. O Deus immortalis qui occulta nosti : qui omnia etiam ante quam facta sint perspicis, tu sis, ut hi falsum contra me testimonium dixerint, ac video ut capite dem penas, cum nihil eorum commiserim, que isti contra me per calumnias malitiamque commenti sunt. Duo Sen. Non est mirandum, si turpissimum facinus inficiatur. Sed interim

L

dnc

DIALOG. SACRORVM

ducatur ad supplicium, ut hoc tam detestabile faciat
expierit, ne tam fada in populo machila haret. D. At
ego testor, me in huic sanguinem nullo modo consenire.
C. Quidnam istud est, quod clamatis? Dan. Itane filii
tutti estis, Israelite? ut neque quæstione habita, neque veri-
tate comparta, israelitam condemnaueritis? Recur-
ritus in ferum. Dico istes contra eam falsa esse testatos.
S. Ergo tu fide in credito nostro sum, & tuam nobis pronun-
cias sententiam, postquam tibi senatus disunitus datur.
D. Seiungite procul alterum ab altero, ut eos exami-
nem. Adducite hic mihi istum. Petule annis, veter-
ator militia, nunc tua te sceleris petunt, qua facilitatis
anted, cum insensibus condemnantis, sentibusque absolu-
lendis, iniqua iudicia faceres: Ichonus innocentem &
instum interfici velant. Nunc igitur, hunc si quidem
vidisti, dic sub qua arbore congregatus videris? Se. Sub
lentisco. D. Probè in tuum caput mentitus es. Iam enim
Dei genius, mandato ab illo accepto, discindet te medi-
um. Amose te hinc, adducite hic alterum. Agè genus
Chananum, non Iudanum, te venitas decepit, tuatibi
cupiditas mentem perverxit. Ita verò agebas cum Is-
raelitibus, quis pre meta in vestrum congressum veni-
ebant. Sed non Iude proles vestram nequitiam suscitavit.
Agè igitur, sub quibus arbore congregatus, deprehendi-
st? Se. Sub illice. D. Tu quoque probe in tuum caput
mentitus es. Iamque præstò est Dei genius cum eris,
qui te medium difficeris, ambobusque perdat. C. O Dei bo-
nitate immensam, à quo nunquam deseruntur, qui in eo si-
duciam si in colligantur. Abripiamus ad necem hos ne-
quissimos & improbissimos venulos, ut ex lege eadem

ponam

LIBER. III.

pœna plebiantur, quam innocentibus molebantur.

SENTENTIA.

Impi peccata peccatis regere volunt. Deus innocentium protex-
dit. Impi in iurem eadum, quatuor pīs texerunt.

CHALDAE. I. Dan. 2.

ARGUMENTUM

Nabuchodonosor Babylonie rex Chaldeus habet ut somnium quod
dormiuit (quod ipsi excederat) dicunt, & interpretatur: quod cum illi
non possent, imperat eis resca.

Nabuchodonosor, Chaldei.

A Gite verò coniectores, augures, haroli. Cheldei, bo-
minec explicandi ea que sunt obscuritate involuta
perissimi: euellite hunc mibi ex animo scrupulum, me-
uniq; mibi somnum aperite, cuius interpretationem an-
xitus desidero, nam eam ob rem ejus conuscari. C. Vitans
tibi, rex, semperne preciar. Eloquere sine nobis
sommum: & vos id interpretando enoluens. Na. Obli-
tus sum: quod nisi vos & somnum mibi & somni signifi-
cationem edisseritis, & vos per summum delectis vitam
amittetis, & vestre domus complanabuntur. Sin autem
editis, multio à me munieribus & premiis atque honore
afficiemini. Proinde facite, si sapitis. C. At somnum
dicere, trahim, nos interpretationem recipimas. N. E-
nim herò video vos ex eo ex curationis occasione arri-
pe, quod videtis eam rem mibi memoria excidisse. Sed
mibil agitis. Nijs enim me bac suspitione levatis, non po-
test esse dubium, quin uno omnes animo strateritis, nē
longis quibusdam ambigibus pessimè deludere, & tem-
pus consumere dicendo. Quamobré eloquimini mibi som-
num, ut intelligam vos interpretari etiam posse. C. Ne-
mo est in terra, qui istud præstare possit: neque quicquam
unquam rex, aut princeps, aut dominator, tale dicit
K 2

quesuit ex vlo diuino. Est enim, quod tu rogas omnino difficultus, quām quod possit quisquam expedire, preter unos deos, qui inter mortales non versantur. N. Pape: ergo vos prorsu inutiles estis, & hominum animis, inani praclare rei professions, tenebras offunditis? Quis vestri erit vsu? Comprehendatet satellites, colligate, abducite ad extremum supplicium istos omnes nebulones. In beo ego atque impero, totum hoc tam indoctum, & insipiss doctorum & sapientium genus, ad necem trahi: ut quorum nullus in vita vsus est, eorum mors sit viuentibus salutaris.

SENTENTIA.

Deus sapientum sapientiam prodidit. Deus sapientes huius mundi implicat inexplicabilitatem.

DANIEL. Daniel.2.

ARGUMENTUM.

Daniel Nabuchodonosor i somnum ipius dicit, & interpretatur: quod quidem est de quatuor mundi imperiis, videlicet Chaldaeorum, Persarum, Macedonum, & Romanorum quibus succedit regnum Christi, quod omnia illa abeget.

Daniel, Ariochus, Nabuchodonosor.

NOle interimere istos sapientes, Ariache, quos insit rex occidi. Sed deduc me ad eum, ego suscipio interpretationem. A. Placet, sequere me. D. Sequor. A. Naclus sum hominem ex captiuis Iudeis esse rex, qui pollicetur interpretationem. N. Tunc is es, Balsasar, qui possest mihi quid in somnis viderimus, & quid id significet, effari? D. Quod tu queris arcanum esse rex, non sapientes tibi, non coniectores, non hariali, non prodigiatores possunt explicare, verum est in caelo abitorum demonstrator Deos, qui ea tibi premonstrat, que olim euentura sunt. Igitur tuum somnum, & visum quod tibi secundum quicquid occurrit, huiusmodi est. Cum in letto cubiculari

libulari iaceeres, in cogitationem venisti, quid posthac futurum esset, id quod tibi ignoratum ille docttor declarat, idemque mihi, non proprius excellentem sapientiam, qua unus cateris mortalibus prestat: verum mihi iudicis aperuit, quo tibi plana faciam ea, qua tu cum tuo animo cogitasti. Tibi in somnis obiecta est species quando in usitata magnitudine simulachri, ante tuos oculos stantis, aspectu terribili: cuius caput erat ex auro probatissimo, pectus & brachia argentea, venter & femora area, pedes partim ferrei, partim cretacei. In eo spectando dum tubares, saxum sua sponte anulum incidit in eius pedes, eosque corrivit: quo casu contractu simul est ferrum, creta, as, argentum atque aurum: omniaque fragmenta ventus, tanquam astate spispulas ex area, sic suscitavit, ne vestigio quidem relicto: ipsum autem saxonum, quo ista est statua, mutatum est in ingentem montem, qui totum terrarum orbem compleuit. Et hoc quidem est somnium. Iam interpretationem adderimus. Tu rex es regum: tibi caelestis ille Deus nobilissimum regnum & praeclarissimam largitus est potestatem: omnisque homines, quotquot ubique terrarum sunt, terrestrisque bestias, & aeris volucres, sub tuum imperium ditionemque subiunxit. Ita tu caput aureum. Post te autem existet aliud regnum tuo dexteris, id erit argenteum. Deinde eorum, cuius distilatè in omnem terram patet. Post quartum surget, auren & planè ferreum. Ut enim ferri duritate omnia atteruntur & communiquerentur, ita eius imperii violentia, & rigor omnia violabit, & contundet. Pedes autem pedumque digitos quod vidiisti partis ferreos, partim fistiles, regnum illum disdens erit,

erit, & ex parte ferreum rigorem obtinebit, sicut vidisti ferrum cum argilla coniunctum: illa vero dicitorum, partim ferro, partim argilla constatum diuersitas, regni inequabilitatem loquitur, quod partim valens, partim debile futurum est. Quodque ferrum vidisti argilla coniunctum: illi quidem propinquitate inter se coniungentur: sed inicim non cohaerent, quomodo ferrum in terra, non ferruminari non potest. Eius regni tempore suscitabu Dei regnum nullum unquam temporum scie descendunt, neque aliis genii tradendum, quod quidem franget. & abolabit omnia illa regna, ipsumque permanebit in sempiternum. Quemadmodum vidisti e rupe saxum nulla manu eratum, quod ferrum, terram, as, argentum, aurumque persredit: ita Deus ille maximus tibi praefugias es, que post hoc tempus futura sunt, est ergo somnium certissimum & cum re ad verbum conueniens. N.O immensam ineffabilenque sapientiam! o profundum & ingeniosum intellectum: afferte buc citi odores & libamina: Dignus est cui: sufficiunt fiant, cuique divini honores prestantur. O Balsas, vester Deus vere Deus est deorum, regumque dominator, & obscurorum explicator: postquam tu rem tam profunda ignorantis caligine demersas potuisse in lucem eruere.

SENTENTIA.

Deus arcana sua pia, & piis etiam alijs patet. Omnia in determinis abeunt usque ad adventum Christi. Christi imperium atetum est.

FORNAX. Daniel. 3.

ARGUMENTVM.

Nabuchodonosor Babylonum rex credam a se statuare arcam, impetrat a cum suis populis congregatis adorari. Huc cum Sidacus, Melacus, & Abdeneago Iudei fisco recusant, in ignis fornacem coniunctur. Sed cum aliquae indennes fuissent, Nabuchodonosor ipsius Deum solum esse confidit, imperat adorari.

Si-

Sidacus, Melacus, & Abdeneago, Preco, Delatores, Nabuchodonosor, Proceres.

Quorsum pertinet tanta hominum multitudo, a tam diversis nationibus in hanc locum conuocata? M. Nescio: nisi quod, dum video immannem illam statuam in sua regia erectam, metuere incipio, ne quid rex impium cogitet. A. Ego quoq; valde commoneor, ac ne velit eam adorari, vereor. S. Quid agemus igitur si iussor? A. Nos vero non adorabimus, nam voc quidem esset Dei cultum renunciare. S. Quae tandem istud ratione? A. Rogas? Homine, viuaro Dei immortalis effigiem, ad pedes inanis & stupidi rei mortalis simulachri procumbere? Quid indignius, aut magis impium fieri aut cogitari potest? M. At licebit periculi deprecandi gratia, cultum simulare, cum tamen animus in Deo semper fixus heret. A. Apagabis. Satisne se viro probaret mulier, si cum alteri corpus suum proflueret, se tamen virum suum semper in animo ferre diceret? Haccine tibi in ista excusatio videretur? M. Nequaquam. A. Atqui non minus est hoc absurdum. Tunc qui unus es, te ipsum dividet, & altera tui partem Deo, alteram Veios addices? Quae tanta animi mollies est, aut que peruersitas, nos quos honestum esset propter mortales dominos quamlibet mortem appetere, quicq; id in alijs landamus, metu frangi, & ab officio & pietate erga Deum immortalem deduci? S. Quid ergo ceses? A. Subeundam quemvis cruciarum potius, & fortius occubendum, quam tantillum modo de via descelendere. S. O m' scelum peccati! lando te. Evidenter ita sentiebam, sed volui quid armi haberest tentare. Verum edicetur silentium, & video in loco.

K 4

loco.

loco edito preconē, audiamus quid proclamet. P. Pax sit rebus. Edico vobis, qui ex qua cunq; natione populo, lingua, presentes adestis, ut simulat q; sonum audieris tuba, sib; cithare, sambuca, psalterij, symphonia & reliquorū concentū, procumbasis, & signum aureū adoretis, quod rex Nabuchodonosor erigēdum curauit. Quid si quis nō paruerit, continuo in igne candeñē fornacē iniçiuir. S. Deum immortalē, quod scelus video? Eōne impietatis & insania prolabi homines, ut id tanquā dñi colāt, quod hominū manū factum, homine deterius est & inferius! M. O Vesaniam: illud vide sis, ut procederunt omnes? Ego certè centies mori malim. D. Videlicet ne illos tres Iuda os qui non procuruerunt. Al. Video: nunciandum id est regi. Rette sane, eamus ad eum. Ab. Adeóne concidisse cōstantiam, ut in tanto numero nullus sit, quem non labefactauerit metus? D. Optamus ubi rex vitam quam longissimam. Tu edictū canisti, ut omnes audito cantu musico procuruerent, & aureum simulachrum adorarent: rebellibusq; panam descriptisti, ut igni cremaren- tur. Nunc homines quidam Iudei, quos tu procuratio- ni Babylonica p̄fecisti, Sidrachus, Mesacus, & Abde- nago iuum edictū contemnunt, neque eosdem tecum deos colere, neque statuam adorare curant. N. Itāne est? Ergo inuenientur, qui meum imperium detrectent? Ergo ego non maximus? Properate, adducite eos properè. D. Fiet. N. Iam ego vos docebo, quid sit mihi non obediens: iam efficiam, ut sciāt me esse regem. D. Adducimus ti- bi homines, o rex. N. Itāve est Sidrach, Mesace, & Abde- nago ut vos neque meos deos veneremini, neque aure- ore statuam āme eructam adoretis? Quid? Nunc sal- 1022

sem non estis parati, auditis concentibus musicis, acce- deretis ad eam? Nam nisi facitis, protinus in fornacē mā- mittemini. Ecquis vero est Deus, qui vos à meis mani- bus libereis? S. Nihil sumus solliciti, quomodo tibi ad ista respondeamus. Est Deus, quem nos colimus, qui & po- test nos ex flammis fernare: & ex iuis manibus, rex, profecto fernabit. Quid & si non ita esset, tamen omnino (ne iusseres) neque deos tuos cōleremus, neque ante statuam inclinaremur. N. Proh Deum atque hominum fidem, tanta est quenquam audacia, ut ansit mihi in os re- pugnare? Ite, comportate ligata, subiycite igni alimenta, efficite cum septuplum huius qui nunc est. Vos verò o for- tissimi viri totius exercitus, comprehendite hos tres vi- ros, colligate. Eia, quid statis? Nihil opus est detrahere vestes, vincite unā cum omni armili. Hem, sic volo, precipitate eos in flammatum. Videamus quid possit eorum Deus, properate ignari, ego vobis hoc sceptro comminna- am capita. Papē, videte ut flamma eos hanferit, qui ipsi in flammatum alios coniecerunt. Sed quid? Orem miracu- li plenam, quid ego video? Echo mes proceres, nōnne tres viros in ignem instritos inieciimus? Pro. Factum rex. N. Atqui ego video quatuor viros solutos in media for- nace ingredientes illesos, & indemnes: quorum quartu forma est angusta, & planè diuina. Orci inauditam. Accedam propriis ad ostium fornaci. Heus Sidrach, Mesace, & Abdenago summi Dei cultores, excite huc. S. Adsumus, O rex, è torrida flamma, diuina benignita- te crepti. P. Dixi boni, quid hoc rei est? Quanta miracula hodie cernimus? Videte, ut ignis in horum corpora nul- lum viro habuerit, ut ne pilo quidem crematus sit: ut sanctus

DIALOG. SACRORVM

mifti integrī nulla flamma nota inuicti sint! N. Gratiā ago Deo Sidraci, Misaci, &c. Abdemonis, qas geniū suū miserit ad liberandum sui culores, qui ipsi suā fiducia nixi, ipso regis editio, māherunt sva corpora ad cruciatum tradere, quā silli Deo, præterquam suo, ullum culsum aut honorem habere. Itaque dicerū placet, decretūque in omnibus omnium linguarum nationibus & gentibus promulgari, ut qui male de hoc Deo dixerit, turpissimo exitio plectatur, eiusque domus publicetur, & emeritatur, ut illius facinus memoria & nomine loci notetur. Nam præter bunc unum presens ac salutis prepotens Deus nullus est.

SENTENTIA.

Maxima pars mundi, homines magis metuit quam Deum. Morisatida est quae similitudine. In iustissimum quemque gravissime sequunt punitus peccatum mundi. Deus suos nouit vel ex medijs. Sannus ciperet. Diū patiendo vincunt.

B A L S A S A R. DAN. 5.

ARGUMENTVM.

Accersitus ex matris consilii à Balsafre Babylonia rege Daniel va-ter, elegit & explanat scriptum manus in pariete, quod Chaldui non posuerant.

Balsafar, Regina, Daniel.

Nihilum esse & vobis, qui hoc legere & explanare possit? O homines ad nullam remidonei! Quid attinget vos tanto in honore esse, si cum maximè opus est, sum minimè potestis? R. Regem mulierum diuq̄ saluere subeo. Audiu ut tu te crucies & astues, quod nemo posse tibi hoc scriptum enucleare. Sed ne te afflita, nēne tantoperē peritimesce. Vir est quidam in tuo regno, mente sanctissimorum deorum prædictus, cuius excellens perfectiæ doctrina, peritia, sapientia, tempore patrii tui cognita perfeciæ sunt: quo noxime rex eum magnorum,

L I B E R . III.

85

rum, bariolorum, dis' norum, Chaldaeorumq̄, magistrum esse voluit, quid eum Danielem (nam id est ei nomen, quāquam rex Balasarem nuncupauit) compertum esset singulari ingenio & prudentia valere, inque somnis interpretandis, ambiguisque aperiendis, & obscuris declarandis, longè alios omnes antecellere. Proinde si me audies, cum euocabis, vt te ista difficultate liberet. B. Euocetur sanē. R. Mox aderit, ne trepidat. D. Adsum tuo accersitu o rex B. Tūne es ille Daniel, ex captiuis Isdici, quos meus pater hic è Iudea traduxit? D. Etiam. B. Audio te afflatu augustinissimorum deorum agi, scientiæ & prudætia atque sapientia facile principem esse. Eam ob rem te aduocavi. Sed quam ob rem, audi. Cum hic lati solutoque animo oppipare conuixer, vna cum mei regni optimatibus: ecce exiit quædā quasi manus, qua digiti inscripsi in tectoria parietis è regione candelabri, ea que tu vides, ad que explicanda euocauit omnes Babylonios sapientes: sed eorum nemo, non modo interpretari, sed ne legere quidem potest. Te autem accepti implicita enoluere & obscura optimè declarare posse. Nunc itaque si potes hoc legere, & mihi quid sit eloqui, purpura & aureo torque insignitus, tertium regni principatum obtinebis. D. Tua tibi dona habeo, aut ea aliq̄ largitor. Ego tamen hoc scriptū & legam, & tibi planum faciam. Itaq; ados animo. O rex, Nabuchodonosori patri olim largitus est Deus magnificum regnum splendore, & que egregium: qua de cause omnes cum gentes & nationes trepidè incubabant: quippe, qui quoscūq; visum erat, interimeret, cederet, efficeret, deprimeret. Sed cū tam secundis rebus elatis, intemperanter superbiret, &

ANIMOS

animos tollere, de folio deturbatus est, & omni splendore amissis, ex hominum confortio cœlum, tum in brutum natura sensuq; translatius, inter feras habitauit: & herbarum pastis boum ritu delellatus, ventos, imbræfæ & omnes naturales cœli mutationes nudato corpore pertulit: donec tandem recognorit summam illum Deum terrefris huius imperij principem esse, & ei quem vellet, preficere. Tu quoque Balsasir, qui eius satu editus, nihil te modestiorem prebuxisti, cum tamen ea omnia præclarè scires: te contra calorum dominum insolentius gessisti, & nunc usq; terrestris eius domicili proferrit insuffisti, quibus tu tuique proceres, & uxores tuum insta tum concubina, in bibendo vino abusi estis. Quin etiam Deos celebravisti aureos, argenteos, æeos, ferreos, ligneos, & lapideo, qui neq; cerrunt, neque audiunt, neque sentiunt: Deo autem, in cuius manu tua vita & facta omnia sunt, nullum honorem habuisti. Quare ob ea missa est hec manus, cuius scriptum hoc est. Mensus est, mensus est, ponderans & dinius. Sensus autem. Mensus est, mensus est Deus tuum regnum, & id consummatum. Ponderans, ponderatus es in truina, & inuentus leuior. Deuiste, dinius est tuum regnum, & Medis Persisque distributum.

SENTENTIA.

Quoniam maximè opus est, tum minimè iuvant huius mundi sapientes. Quoniam trepidat, & nihil potest humana sapientia, tum maximè scelus exercit diuina. Qui alieno exemplo non sapit, si suo periculo maloque dignus est. Ionaia uero imperia in Dei suot arbitrio.

H A M A N . Ester. 7.

ARGVMENTVM.

Ester regina regi Affueru patefacit perfidiam Hamanis in Iudeos, eam ob causam rex illum iubet in cruce tolli ab eo ipso erectum, ad tolendum in eam Mardochæum Iudæum.

Affueru,

Affueru, Ester, Haman, Harbona.

Laniesane & prolixè àt accepit sumus regina, vxor charissima. Quamobrem roges iam quidlibet licet, id rogatum feres. Dic quid petas: vel si dimidium regni mei, tamen impetrabis. E. Siquidem habeo te proprieum ò rex, & si ita tibi videatur, vitam mihi meisque popularibus concedes. Hoc unum peto. Nam sumus proditi, & indignissimo crudelissimoq; exitio destinati. Quid si seruituti addiceremur, eisdem tacita ferrem: quamquam indignus esset hostis, qui tantum regi dannum compararet. A. O superi quis hominum est tam audax, ut id ansus sit etiam cogitare? Aut ubi es est? E. Ecce hic adest hostis infestissimus, homo hominum quantum est pessimus, Haman. A. Pro Deum atque hominum fidem: O cœlum, O terra, ardeo, tanta invenitum esse quenquam audacia! Ham. Exit ira inflammatu. Quantum ego illum video, res mihi ad restum redit. Sed tamen tentabo animum regina, si forè miserecent mei: quid si hoc non succedat, actu est, sicut perij. Regina iam non depreco culpam: merui, fateor, nec potest ullum supplicium maius esse meo crimine. Sed te supplex genua amplectens per istam clementiam. A. Quem neque pudor, neque mea maiestas deterruit. Sed quid video? At at, etiam ad lectum regina: O magne Iupiter, etiamne ut reginam domi apud me vi comprimat? Corripite, velate vultum: indignus est qui lucem theatur, Har. At etiam si scias quid machinatus sit in Mardonieum hominem de te, rex, optimè meritus, ut ipse per quem facta in te coniuratio patefacta sit. Crucem ante dominum suum in altitudinem cubitorum quinquaginta

DIALOG. SACRORVM

*erigendam curauit, in quam eum tolleret. A. Per commo-
de edat, auctorem in eam tollite, ut eadem, qua alios cap-
tat via, capiatur.*

SENTENTIA.

Mulieribus ille et ratione magna vis est in utraque parte n : hoc est
vel ad nocentium, vel ad inimicorum. Malum ex filii coniunctori pelli-
cum. Impiis hinc ipsorum beque legatur.

ARTAXERXES. Nebem. I.

ARGUMENTVM.

Nebem à rege Artaxerxe ventum & operi imperat eundi instaur-
tum vibem Hierosolym m.

Artaxerxes, Nebemias.

QVI sit ut vultus sis adeò tristis, cùm nō ageres? Mirum ni animi tristitia est. N. Rex in perpetuum
vires. Possimus non tristi vultu esse, cum urbs, in qua se-
pulchra sunt maiorum meorum, eversa sit, & eius porta
igne deflagraverunt? A. Quidnā ergo petis? N. Si tibi vi-
detur, & si quid apud te valeo, ut me dimittas in Iude-
am, ad instaurandum urbem patriam. A. Ego verò di-
mitto. Tu dicio, quid tibi ad istud fieri velis. N. Curabis
se placere, ut mihi denatur litera ad pretores Syrie, qui me
current deducendum, dum perueniam in Iudeam. Deinde
tire ad Asaphum regie sylvae custodem, qui mihi ligna
fuggerat, ad reficiendas portas arcis, que est adi coniun-
cta, urbisq; monia & domum, in quam sum diuersurus.
A. Dabuntur que petis. N. Ago tibi gratias immorta-
tes, rex, tibique fortunatissimum longissimumque reg-
num precor.

SENTENTIA.

Regis animus Deus habet in manu, cumque quoconque vult inclinare.
Qui propius est deus hunc conciliare benevolentiam potentium.

NEHEMIAS. Nebem. 5.

ARGUMENTVM.

Expostulant pauperes Iudei de diuitiis erga iniquitate avaritiae. Et
Nebemias

L I B E R . III.

Nebemias diuitias cogit in oratione.

93

Plebi, Neberniæ, Frimates, Sacerdotes, Populus.

M Agnus est tuum nosfrûs, tuum nostrorum liberârum
vihamus. A. Oppignorandi sunt fundi nostri, & vinea, &
domus, ut nos frumento contra famem mitigemus. A. Jam
pro rostris agris, & vineis, ad tributum regi pondendum,
pecuniam sumptuosa remittam. An equum est, ut cum e-
iusdem nobiscum consanguinitatis sint alijs, eadēque sit
liberorum eorum atque nostrorum conditio, nos ramen
liberos nostrros in servitutem dedamus, sicutque iam filia-
tria nostra rurum nonnulla emancipata, neque eas vindic-
ere possimus, cum fundos & vineas nostras teneant alijs?
N. O indignum facinus! Itane vero principes fannis à
vestris exigitis? Ergo nos consanguineos nostros Inde-
es, in exteris gentes venditos pro nostris viribus rede-
merimus, & vos eosdem emetis, ut dominos non amisse-
rint, sed mutauerint? Non recte facitis. Nonne in meta
Dei nostri videntis, ut barbarorum hostium nostrorum
vituperationem evitatis? Ego quoque, & mei cognati atq;
famuli, argenteum eis frumentum & mutuò dedimus. A-
gite, remittamus hoc omen. Reddite eis hodie agros suos,
& vineas, olineta, & domos: tum centesimam condonate
argentum, & frumenti, & vini, & olei, que eis mutua dedi-
stis. Pr. Reddemus, neque ab eis quidquam exigemus. Sic
faciemus, ut turbortaris. N. Vos vero sacerdotes, iurate
vos ita facturos. S. Factemus. N. Ergo quemadmodum
ego mecum gremium excutio, sic quicunq; non hec presti-
terit, cum excutiat Deus ex domo & labore suo, sic q; este
excusii, vacuisque. Po. Amen.

SEN.

DIALOG. SACRORVM

SENTENTIA.

Auctor homini nihil est iniquum. Auctor animam venalem habet. Multo pollet, etiam apud iniquos, iustus & gravis homo.

VERITAS. 3. Efd. 3.

ARGUMENTVM.

Darius Persatur rex proponit optimatibus suis trium Stipatorum sententias, ad iudicandum quenam esset optima. Sunt autem ea, de viribus vini, regis, mulierum, & veritatis. Hic cum stipatores iussi regis, fuit quinque sententia rationem reddidisset, palinam obtinuit Zorobabel, qui venturi primas tribusset, & a rege prater statu disputationis premium, impetravit, ut Hierosolymitanum fanum inflasiret.

Darius, Anagnosites, Stipator, Alter Stipator, Zorobabel, Optimates.

Hec causa est, mei proceres, cur vos iusserim convocari. Cum mei corporis custodes dormiente me, inter se (ut sit) confabularentur: eò delapsi sunt, certam ut dicerent suam quisque sententiam; ecque res maximam vim habet: ea conditio, ut cuius dictum ego & Persidis triumviri doctissimum iudicassemus, hinc vitorie pronunciato, ea darentur, que iam audietis. Recita scedula. An. Cuius dictum sapientissimum erit, is à Dario rege ingentia dona, & victoria ornamenta consequitur, purpuraque induitor: & auro bibito, & in auro dormito, & aureis frenis currunt, byssinamq; cedarum, & torque circumdatum collum habeo: & secundum Darium primus propter suam sapientiam sedeto, Daryque familiaris dicitor. Primi sententia est hac; Maximam vim habet vinum. Alterius; Maximam vim habet rex. Tertij; Maximam vim habent mulieres, sed omnia vincit veritas. D. Nisi euocentur hic iuuenes, ut ipsa sua dicta declarant. Dicite iuuenes sua quisque sententia rationem. St. Prim. Quaniam vim habet vinum, &

viro

LIBER III.

93

¶ viri? Omnes, à quibus bibitur, homines fasit: eandem regis ac priuati, eandem ferni ac liberi, eandem pauperis ac diuinitatē mentem efficit, omninoque animos ad letitiam & hilaritatem conuertit, neq; doloris ullius, neq; debiti memori, omnium animos diuines reddit: oblitumq; vel regis, vel satraparum efficit, ut nihil nisi magnificum loquantur: vique cum potauerint homines, & fraterno necessitudinis & amicitiae memoriam deposita, continuo, gladios stringant, neq; postea ubi à vino resplicerunt, quid fecerint, recordentur. O viri, nonne permagnam vim habet vinum, quod hac fieri cogat? Al. O viri, nonne permagnam vim habent homines, qui terras & maria, quaque in eis insim omnia teneant? Atquiere omnibus antecellit & dominatur, in eoque principatum tenet: ita ut quicquid iubet, faciant. Si subet ut inter se bellagerent, parent: si cùtra hostes mittit, vadunt, & montes, & muros, & tressis demolintur, occidunt, & occiduntur, neque regis edictum excedunt. Quid si vicerint, ad regem omnia referunt, sum quæ prædati sunt, sum cetera. Item qui non militant, neque bellagerunt, sed terram colunt, hi quoque ubi sata messuerunt, ad regem referunt, cognitique alius alium tributa regi ferre. Is unus si subet perire, periret: si dimittere, dimittunt: subet verberare, verberant: subet vastare, vastant: subet construere, construunt: subet excindere, excidunt: subet ferre, ferunt, cunctusque eius tum populus, tum magistratus eidem parent: eoque interim accumbente, cibum capiente, dormiente, circum undique custodiā agunt, neque cuiquam discedere, & sua negotia curare licet, neque sius dictis non parere. Quare sic statuo viri, regie maximam

L

maximam

maximam esse vim cuiuscumque obtemporeatur. Z. Magnus quidem rex est, viri & homines multi, & vinum multum potest. Quid quibus dominatur? Quis autem horum principatum tenet? Nonne mulieres? Mulieres regem generunt, & omne mortalium genus, qui mari ac terra dominantur, ab his ortum est: haec ipsis educuerunt vinearum factores, ex quibus vinsm fit: haec hominem vestes faciunt: haec hominibus glorie sunt, nec possunt sine feminis homines esse. Quod si aurum, argenteum, aut aliquem rem preclarum comparauerint, nonne pulchrae alucias, & eleganti forme mulieris amore capti his omnibus omisis in eam oculos desigunt? Eam blandi ore intuentur, Auro, & argento, & omni rerum pulchritudini anteponunt? Homo, omisso suo ipsius parente a quo educatus est, suaque patria, uxori adhuc crescit, & cum uxore utram fuit, & patris, & matris & patrie immemor. Atque ut perficiantur mulieres in vos dominari, nonne quae labore & industria paratis, omnia mulieribus datis atque affectis? Sunt homo gladium, & foras ad latrocinandum & furandum proficiuntur, mare, & flumina tranas, & leones videre sustinet, & per tenebras grassatur: atque ubi furatus, praecipitatus, grassatus est, ad amicam omnia referit: plusq[ue] diligit hominum suam contingens, quam parentes: usq[ue] adeo, ut propter faeminas mulieris mente alienati, multi serui facti sint, multi periorint, mulieris lapsum sint & peccauerint. Quid? An mihi non creditis? Nonne ingenio regia potentia est? Nonne omnes eum nationes vel tangere formidant? Atque videbam, cùm hominis preclarissimi Bartaci filia Apame, regis concubina, ad regis dexteram sedens, de eius capite diadema auferret, siveq[ue] imponebat:

poneret: tum regis malum sinistra manu feriret, rege interea cam ore biante affricente, & arridenti arridentem, & succententi blandiente, quo cam sibi reconciliaret. An non mulierum valeant mulieres, & viri, que hec faciunt? Mulierum sane & mulieres pollent, & ingens terra est & excelsum, & Sol cursu velox, qui uno die circumclusum circumclusus, edem recurrat, unde projectus est, magnus sane est. Sed veritas maxima est, & omnium potentissima. Veritatem omnis terrarum orbis vocat: veritatem celum ipsum facit: veritatem omnia formidant, & tremitur: neque quicquam in ea virtus sum inest. Virtus sum vinum est, virtus rex, virtus mulieres, virtus mortales omnes, & eiusdem virtutis etiam sunt eorum opera omnia, in qua virtutis etiam veritatis expertes percurent. At veritas eterna potest, & perpetuo visitit vigorem; neq[ue] ea est quae cuiusquam ratione de reculo deflecat, ac non eadem sit omnibus, sed ab omni iniustitate & prauitate aliena, aquum facit, eiusq[ue] facta probant omnes, nec inepti in eius indicio quicquam iniquum. Ceterum & ab hac, & a regia magnificencia & a potentia, & a maiestate secentrum omnium, laudetur Deus veritatis. O. Maxima veritas est, maximaq[ue] vim habet. D. Vicisti, pete quid vis etiam praterea que scripta sunt: nos id tibi dabimus, quoniam nobilissimum inventus, & a me proximus sedebis, meusq[ue] familiaris vocabere. Z. Memento voti tui, quo te Hierosolymam instauraturum pollicitus es, dum cum regnum assequenter es, omniaq[ue] vasa Hierosolyma exportatae eò remisfurum: que sepulxit Cyrus cum de Babylone excindenda votum fecit, eaq[ue] se illo missum promisit. Et tu receperisti, te instauraturum fanum, quod ogni cremerunt

DIALOG. SACRORVM

Idumsei, tum, cum à Chaldeis permissata Iudea est, & nunc hoc est, quod à te postulo rex domine, atque flagio: hoc est magnificentia, quā à te expecto. Oro igitur ut vobum præste, quod cæli regi, tuo ipsis ore nuncupasti. D. Laudo te, & benemones, faciam.

SENTENTIA.

Honestæ esti de virtute contentio. Vt in am inter se fide certarent, hodie sibi patres principum, Veinam & principes bona vera que dicta sic & iudicarent & remuncentur. Sed si illud iaculum a genteum, nostrum cælestium. Cetera rara sunt hodie in aliis huic modi certamina. Omnia vincet veritas.

DIALOGORVM SACRORVM LIBER QVARTVS.

MARIA. Luce. 1

ARGUMENTVM.

Gabriel genius, Maria nunciat edituram filium Dei, querentique modum, demonstrat id fore a Spiritu sancto. Illa credens assentitur.

Gabriel, Maria.

*S*icut ornatissima, Domino coniunctissima, mulierum felicissima. Quid metuis Maria? Bono es animo, nam accepta es Dco. En ego tibi renuncio, te ideo utero conceputum parturiam natum, quem Iesus nomine vocabis. Is erit maximus, & filius sumus parentis confessur, eumque donabit rerum omnium prepotens Deus filio Daniels, antloris generis eius. Itaque posteris Iacobi regnabit in eternum nec nullus erit cuius regni finis. M. Quomodo fieri istud, cum ego viri notitiam non habeam? G. Spiritus sanctus se in te insinuabit, tisque Dei Opt. Max. vis gratidabit. Itaque sanctissimus iste factus, ut eris, ita etiam dicetur Dei filius. Elizabetha quoque (quoniam sis et edas) tua cognata, iam senex concepit filium, &

nunc

LIBER IIII.

94

nunc sextum iam mensem fert vterum, & tamen inter feriles habebatur. Usque adeo nulla res est quam Deus non possit. M. Ecce me Domini seruans: eneiat mihi, prout tu dixisti.

SENTENTIA.

Deo nihil est ardum. Promittenti Deo credendum est, etiam si quid naturæ contrarium promittat. Neque enim naturæ obnoxius est auctor ipsi naturæ.

BAPTIST A. Mat. 3.

Marc. I. Lue. 3.

ARGUMENTVM.

Iohannes Baptista populum docet vita correctionem & de Christo vaclatur.

Iohannes Baptista, Pleb., Publicani, Milites.

*P*rogenies viperina, quis vos submonuit futuram pœnam fugere? Edit ergo vita melioris indices frumenti, & ne idem magnos vobis spiritus & arrogantiam sumite quod patrem habetis Abramum. Dico enim vobis, Deum posse ex his saxis suscitare liberos Abram. Iam vero securis arborum radici admota est, oransque arbor fructum bonum non edens, excindenda est, & in ignem iniicienda. Pl. Quid ergo faciemus? Io. Qui habet deus vestes, imperiat non habenti: & qui habet cibaria, siem faciat. Pn. Nobis autem, magister, quid faciendum est! Nihil amplius quam quantum vobis decresum est, exige. M. Quid etiam nobis? Io. Ne quem pulsate, aut per sycophantiam circumueniente, & stipendijs vestris esse contenti, Sed audite uniuersi. Ego quidem ab uno vos aqua, ad vitæ emendationem. Sed me præstanti & me subsequitur: & ita præstantior, ut ego non sim dignus, qui cuius calceorum soluam corrigiam. Is vos abluet sacro spiritu & igne: qui quidem vanum

L 3

manu

DIALOG. SACRORVM

*manu tenet, aream suam per purgaturus, frumentumque
in horreum comportaturus, & paleam igne crematurus
inextincto.*

SENTENTIA.

*Bona arbor bonos fructus edit. Abstinendum ab iniustitia, si peccas vi-
tate velis.*

NATHANIEL. Iohann. I.

ARGUMENTVM.

Nathaniel a Philippo monitus, venit ad Iesum & in eum credit.

Philippus, Nathaniel, Iesus.

DE quo scriptis Moses in nostra disciplina, & vates,
eum reperimus: Iesum dico filium Iosephi, à Na-
zareth. N. A Nazaretha potest aliquid bonum exis-
tere? P. Promisse mecum. I. Video hoc venire verè Israeli-
tam: id est hominem ab omni fratre alienum. N. Vnde
me nosci? I. Provis quām te Philippus appellaret, cùm Ie-
sus sub sicu, videbam te. N. Magister, tu es filius Dei, tu
es rex Israëlitarum. Ie. Quenam dixisti, te à me sub
sicu esse viuum, ideo credi? Maioribus videbis. Credite
mibi, post hanc videbitis carna apertum, & genus diuinorum
ascendentes, & descendentes ad me.

SENTENTIA.

*Vnde minime spores, inde exsilit bonus, Adeundus est Christus, ut eum
cognocas. A minoribus, si credas, ad maiora venies.*

NICHODE MVS. Ioan 3.

ARGUMENTVM.

Iesus dixit cum Nichodemum de renascendo.

Nichodemus, Iesus.

Magister, scimus te doctorem venisse diuinum, nam
nemo istud tam portentosum facere possit, qua tu scis,
nisi adstet ei Deus. Ie. Accipe igitur doctrinam eo
dignum, qui venerit à deo. Qui denuo natus non fuerit,
vnde:

LIBER IIII.

*mibi crede, Dei regnum adipisci non potest. Nicbo. Quid
potest homo nasci, qui sit senex? Nunquid potest i-
terum in ventrem suæ matris ingredi, atque nasci? Ie.
Cùm de Deiregno, quod dignum est, locutus sim, debes
existimare, hanc quoque generationem, & qua loqueris,
per quam adiulm regnum perueniatur, esse diuinam.
Proinde omisste istam à muliere natitatem. Nam si
quis à muliere renascetur, talis esset renatus, qualis
fuissest antequam natus: id est, esset adhuc terrestris &
humanus, propterea quod ex re terrestri & mortali
quod renascitur (cuimodo est mulier) id terrestre & mortale
est: quandoquidem quaque res sui similem gignit.
At ex spiritu qui fuerit renatus, is diuina quadam
& spiritali conueniente natura preditus erit: quoniam
quod à spiritu gignitur, id eius simile est à quo originem
habet, videlicet spiritus. Neque verò miraris, quod dixe-
rim, vobis esse renascendum: quoniamis banc natitatem
non videoas. Nam quod accidit in vento, cuius qualibet
in partem spirantis sonitum audis, neque tamen oculis
cernis unde veniat, aut quod seratur: item sit & in om-
nibus ex spiritu genitus, ut hec generatio sensus &
intelligi possit, oculus absconditor possit. N. Quomodo possunt
ista fieri? I. Tu Israëlitarum magister es, & hec ne quis
Atque hoc tibi confirmo, nos non ignota, aut tantum au-
ditu dicere, sed perspectiva & vista testari, & tamen testi-
monium nostrum vos non accipitis. Quid si terrestria
qua vobis dixi non creditis: quomodo, caelestia si dixeris,
credetis? Si hanc similitudinem, quam ego duxi à vento
(qua res terrestris est, & subiecta sensibus) non capis-
idego non credi: quomodo intelliges ipsam, cuius decla-
randa*

randa causa similitudine usus sum, qua res caelestis diuinaque est, neque sub sensu cadit? Atqui hec nisi à me disseritis, à quo discatis nullus est: neque enim poëtis in celum ascendere, & ea à Deo discere. Nam in celum nemo ascendi, preter eum hominem qui de celo descendit, qui quidem est in celo. Is autem ego sum, à quo nisi bec disseritis, desperanda vobis cognitio est. Quocirca attende, quale si hoc renasci, de quo loquor. Quemadmodum Moës serpente illum aneum extulit in desertis, in quem serpentem intuentes à serpentum morsu sanarentur: ita me oportet extollit, ut omnes in me immentes, à me pendent, nihilque fidentes, non percant, sed vitam adipiscantur aeternam. Hec est igitur renoscendi conditio superius à me proposita, sine qua negari quemquam posse regnum caeleste consequi. Nam qui mibi fidem habent, ita immunitur, tantoque meliores sunt, ut plene renatis dici possint, & caelestis regno digni sint. Etenim tanto genus humanum prelectus est amore Dei, ut unigenitum filium suum tradiderit: cuius quinque fidem habeat, non pereat, sed ad vitam perueniat aeternam. Non emisit Deus filium suum in hac vitam, ut homines condemnent, sed ut per eum seruentur homines. Qui ei fidem habet, non damnatur: qui vero non habet, is iam damnatus est, quia unigeniti Dei filii nomini fidem non adiunxerit. In hoc autem damnantur homines, quod cum venerit in orbem lux, tenebras magis quam lucem amant, quippe quorum praevisa sunt opera. Siquidem quisquis virtus a facit, lucem odat, neque in lucem prodit, ne eius facta arguantur. Qui vero recta facit, is in lucem prodit ut patescant eius opera,

v. 1910

vispotè facta diuinis.

SENTENTIA.

Resaendum est & ex carne in spiritum migrandum. Vt enim terrenis que gravia sunt, in celum ascendere aut in celo esse non possunt: ita iniustitia, que res terrenis & gravis est, in regnum Dei venire, ut ibi esse nequit. A solo Christo salus est.

SAMARITANA. Iohann. 4.

ARGVMENTVM.

Iesus apud fontem cum muliere Samaritana, de vera potione, veroque Dei cultu colloquitur. Cumque superuenientib[us] emptum cibum apportantes discipuli, eos quoque de vero cibo docet.

Iesus, Samaritana, Discipulis.

D Amibi bibere mulier. S. Quomodo tu Indens, à me muliere Samaritanapetis potum? Neque enim habent ullum Indici cum Sameritania commercium. I. Si intelligeres munus Dei, & quis sit qui à te potum petit, tuis ipsa peteres ab eo, tibique ipse daret aquam perennem. S. Domine, neque sicut alii habes, & putes est profundus: unde ergo habes istam aquam perennem? Num tu maior es patre nostro Iacobo, qui tradidit nobis hunc pitem? quia aquatione ejus est ipse, & filii eius, atque pecora? I. Hoc aqua sum ad tempus tantum exples, mea autem ad perpetuitatem, ita, ut qui ex aqua à me accepta biberit, non sitiar unquam: nam ea aqua sicut in eo fons scatens in omnem perpetuitatem. S. Domine, imperit me ista aqua, ne amplius sitiam, néne huc ad haurientium veniam. Ies. I. vocatum virum tuum, & hoc cum eo venito. S. Non habeo v. rum. I. Relle ait, se non habere virum. Quinque en. virois habuisti: nunc quē habes, non est tuus vir. I. Ista verum dixisti. S. Videote esse rationem, itaque non committam ut tibi finis rīa incidisse videar. Maiores nostri in monte hoc Deum coluer-

RHINE.

DIALOG. SACRORVM.

erunt. Atqui vos contenditis. Hierosolymis esse colendum? Quid tu censes? I. Misericordia, credo mihi, veniet tempus, cum neque in monte hoc, neque Hierosolymis coletis patrem. Vos, quid colatis, nesciiss: nos quid colamus, sciuniss: quippe quia salus à Iudeis est. Sed veniet tempus, & quidem iam est, cum veri cultores patrem animo & verè solent. Etenim à talibus pater coli postulat. Animus est Deus: & qui enim colunt, animo & verè debent colere. S. Scio venturum esse Messiam: Is cùm venerit rem omnem nobis planam faciet. Ie. Ego sum ille, qui tecum loquor. D. Video Magistrum, ad pratum sedentem, & colloquientem cum quadam muliere. A. Mirum est solum cum sola. Sed seū ipse cur id faciat. S. O Faustum diem! Sed ego quid curælor ire in urbem, ut meos tam bono nuncio afficiam? D. Comparavimus cibum, magister, vestere. I. Ego cibum habeo comedendum, quem vos nesciis. B. Num quis absensibus nobis, attulit ei quod edit? I. Misericordia est, id facere, quod vult is qui me misit, eiusque opus ab soluere. Vos quidem dicitis, ab hinc quatuor menses fuiuram messem. At ego sc̄: erigite oculos, & videte agros, ut iam ad messem flueant. Et messor premium aufert, & sator fructum condit ad uitium perpetuum, ut satoris similis & messoris commido ea cum sit. In quo tanè d' hunc si lind comprobatur, quod sit: Alium servare, alium mettere. Ego vos misericordem, in quo colendo vos non laborasti. Alii laborarunt, vos in eorum laborem immisisti.

SENTENTIA.

Christus venit ad d' eccliam ferundumque sonet, Christus atterum vienique cibum padonemque dat. Deus anima & vere alorandus est, nullo locutum dilectus. Dei voluntatem exequi cibis illis d' hinc Christiano.

LIBER III.

CENTVRIO. Math. 8.

ARGVMENTVM.

Iclus a Centurione exortatus, cuius puerum membris captus, verbo finit.

Centurio, Iesus.

Domine, puer meus iacit domi membris captus, gravis ultraque cruciatur. I. Ego ibo eum curatum. C. At ego non sum dignus, cuius tu te ipsum subebas: sed tantum iube verbo, & sanabitur. Nam ego quoque, qui sub alterius sum potestate, tamen obtinebam autoritatem in eos quibus pressum, milites: ac si quem iubeoire, it: si venire, venit: si seruum facere quid, facit. I. O rem admiratione dignissimam. Credite mihi, ne in Israelitis quidem tantam fiduciam inueni. Et sine dubio multi ab oriente atque occidente profecti, accumbent cum Abraham, Isaaco & Iacobō, in regno caeli: cum interea iij ad quos regnum pertinebat, in alta noctis caligine demersi nihil, aliud quam flebunt & frenedebunt. Tu abi, & ut confisi sunt sic obtinet.

SENTENTIA.

Christus tam facile morbis imperat, quam dux militibus. Primi erunt vitium, & ultimi primi.

PISCATORES. Lyc. 5.

ARGVMENTVM.

Petrus iacto retiuolu, plurimos pisces capi.

Iesus, & Petrus.

Subduc in altum oriam Petre, ut retia laxetis ad p̄c̄lam. P. Preceptor, totam noctem laborantes nibil cepimus: sed tamen postquam ita iubes, denergam rete. O rem miram! Adste facij, adiuuate nos, rumpitur rete: ita multis piscibus est plenum. Corripi tu isti us plegas gl' impecus, vos vos immerget in nauiculam. Desistite, dominus,

finito,

EX-

finite, sustinete rete: iam hec plena est, infundamus in alteram. O rem inauditam! penè submorguntur cymba, pr. e pescum multitudine: Queso te domine abi à me: homo nocens sum. I. Ne metue, deinceps iam homines pista-beris.

SENTENTIA.

Absque Christo pescari, hoc est, homines docere, operam ludere est, Christo auspice felix est pescatura.

SIMON. LUC.7.

ARGUMENTVM.

Iesus miranti cum animo suo Simoni, apud quem ipse ebum capiebat, curle pateterat ab impudica muliere atrectari, causam reddidit.

Simon, Iesu.

IAmidudem specto mulierem istam, que meum hunc hospitem tam molliter curat. Qui si vates esset, intelligeret utique, quæ & qualis sit mulier, qua ipsum attrectat, nam prostituta pudicitia est. I. Simon, panceste volo. S. Dicas licet magister. I. Duos debitores habebat quidam creditor, quorum alter quingentos, alter quinquecenta acceperat denario: id cum non essent solvendo, viri que condonauit. Dic, vter eum plus amare debeat? S. Optiuor, cui plus condonauit. I. Reelle iusticiam. Vides hanc mulierem? Cum in omniscem dominum tuam, ne equante quidem ad lavandos pedes meos dedisti. Ea & lacrymis eos persudit, & sui capit is capillo exterst. Tu mihi osculum non dedisti, ea postquam suni ingressus, non desistit mihi pedes deosculari. Tunc oleo mibi caput unxi: ea unguento etiam mibi pedes perunxit. Quia de causa scelabatur, ei misita remitti peccata, quoniam multis annuit. Cui autem minus remittitur, minores amat. Remittuntur tibi peccata maior, tuate fiducia seruauit: aliquid bene facere.

SEN-

SENTENTIA.

A similiter suspitionibus, absit inadum. Ex conjectura iudicore temerarium est. Magno beneficio magnus amor conciliatur.

Iairus, LUC.8.

ARGUMENTVM.

Iesus a Tairo exortatus, cius filium it fanatum, & inter eundum mulierem profuio sanguinis laborantem linat. Deinde ubi Iairi domum venit, eius filiam quæ interea dececerat, reuocat in vitam.

Iairus, Iesu, Milicer, Petrus, Nuncius.

Enī mīhi nūc filiola, optimē Iesu, duodecimum annum agens, quæ nūc domi dēprato morbo laborat. Obscrote, & obtestor etiam atq. eisam, ut dōnum venias, eique manus imponas, ut renixit cat, & renualescat. Ie. Faciam verò eamus. M. Salua sum, si possum vel extreemam cius oram vestis attingere. Conabor, nec me h̄ec horum turba impedit, quo minus ad eum accedam. I. Quisnam tetigis mea vestimenta? P. Tu vides quanta te horum multitudine circumfistat, & comprimat, & rugas quis te tetigerit? Ie. Certo tetigit me aliquis: Nam sensi vim quandam excire à me. M. Perī misera, non lateti eum. Obscrote te ignoscere mihi, ega sumilla. Ie. Narrā mihi rem om̄nem, ut sē habet. M. Ego mīra iam duodecim annos languebam profusio sanguinis: cùm interea toto illo tempore multis abbibitis medicis, & omnem rem insumpsiem, neque quicquam profeciesset, sed indeces deterius haberem: iamque ab omnibus medicis eram desperata. Cùm autem tuorum factorum admirabilitatem fama atque auditione accepisset, accessi ipsa, sic mecum cogitauit; O me felicem, si vel limbus eius toge liceat tangere. Hoc animo, per medianam turbam accessi

cessi propius, nec me spes fecellit: nam simulatq; te tetigl,
sensi vim omnem morbi fugitam esse, & omnipotens sanguinis
fluxionem constitisse. I. Bono animo es, filia, tuate fiducia
seruauit: abi cum bona pace, ex tuo malo sana. N. Tua
filia mortuæ est, Iaire, quid iam molestus es magistro? Ie.
Ne metue, Iaire, tantum confide: eu: idet. Sed quens ego
domis strepitum audio? Introcamus. Ebo quid tantopere
fletis? Quid emelatis? Pax sit rebus. Non est mortua pu-
ella sed dormit. Vos exito foras omnes: Petre, Iacobae, Io-
bannes & vos puelle parentes, manete intus. Videbitis
quanta sit Dei potentia. Cedo mihi istam puelle manum:
puella surge. Ia. Bone Deus, quam misericors es! O mea fi-
liola, videone ego te renatam? Ie. Videce diligenter ne quis
hoc resuscitat, & puelle cibum præbete.

SENTENTIA.

Plus potest vel limbus yefti Christi, quam vniuersa hominum sapientia.
Quæ alijs infanabilis, Christi sunt facillima.

PHILIPVS. Mat. 14. Mar. 6. Luc. 9. Iohann. 6.

ARGUMENTVM.

Iesus quinque panibus, & duobus pīcesbus quinque vitorum milia
fuerat.

Discipuli, Iesu. Philippus, Andreas.

Vides que te circumset bonum multitudine, in tam
vasta solitudine, & iam dies multū inclinavit. I-
taque censens ut eos dimittas, ut in finiūra rura &
vicos dimittant, & sibi cibaria comparent. His enim quod
edant, non habent. I. Nihil opus est ut abeam. Preberet
vos eis cibum. D. At non satis nobis sufficit, unde tan-
tum hominum numerum pascamus: sunt enim (quantum
licet coniugere) plus minus quinque mille viri, ut mul-
ieres & parvulos omittamus, nisi forte eamus empium
panes. I. Unde autem ememus ad tam meliora, Philippe?

P.

P. Evidem non video: nam dacentis denarijs vix tantum
enī possit, vt inde ad singulos minimum quantum perse-
nias. I. Quot habebitis? Videce. P. Adeſt hic puer, qui ha-
bet quinque panes hordeaceos, & duos pisces, præterea ni-
hil est. Sed hac quantula sunt ad tam multos? I. Adferte
huc modo. Inbete omnes in viridi gramine discubere
ceteruatim, centenos & quinquagenos. Cedo mihi istos
panes. Nunc pater coelestis, qui pro tua benignitate pascis
omnia, neque in multis pascendis tempior, neg. in paucis
copiosior es, qui nulla lege & ermis tuperis, à quo omnium na-
tura pendet, office rogo, his tantulis cibarijs multiplicandis,
vt hac hominum multitudo admirabiliter saturata,
tuam inexhaustam liberalitatem recognoscat. Agite dis-
cipuli, distribuite hos cibos in omnes: satis superq; erit, qua-
de ad satietatem comedant.

SENTENTIA.

Christi cibus est inexhaustus. Plus habet Christus, quam egenit ho-
mines.

PANIS. Iohann. 6.

ARGUMENTVM.

Iesus de viuisco pane, hoc est discipulo, dicitur apud Iudeos.

Iudei, Iesus.

MAgister, quando hic venisti? Ie. Vos profecto me
queritis, non quia mihi aucta vidistis, sed quia pane
satiati esis. Procurate cibum non interitum, sed in
omnem perennitatem permanescum, quem quidem ego
vobis dabo. Nam me pater comprobavit Deus. Iu. Quid
agemus, ut diuina opera faciamus? Ie. Hoc est diuinum
opus, ut fidem habeatis ei quem misit Deus. Iu. Quid ergo
tu speciminas, ut eo viso tibi credamus? Quid tale
facit, quale fecit olim Moses? Quo duce maiores nostri
dilata

M. M. M.

Mamma vixerunt in solitudine, quemadmodum licetis proditum est; Panem de celo dedit eis comedendum. Ies. Non Moses (mibi credite) panem vobis de celo dedit: sed pater verum vobis panem dat. Nam Dei panis est, qui de celo descendit, & vitam dat hominibus generi. Iu. Domine, da nobis perpetuum panem istum. I. Ego sum panis: ut talis. Qui venit ad me non esuriet: & qui mihi fidem habet, non sitiet unquam. Sed hoc vobis dico, & videlicet me, neque fidem habebitis. Quicquid mihi dat pater, ad me venit: & venientes ad me non ejcio foras. Descendi enim de celo, non ut me, sed ut eius qui me misit, voluntari paream. Hoc est autem eius qui me misit, patris voluntatis, ut ex eo omni quod mihi commisit nihil perdam, sed ut ultimo die exsuscitem. Hoc est autem eius qui me misit voluntatis, ut qui quis filium afficeret, eique credit, is vitam eternam adipiscatur, & a me ultimo die in vitam renoceatur. Iu. Num his est Iesus Iosephi filius, cuius nos patrem matremque nominamus? Quo pacto igitur ait se de celo descendere? I. Ne missitate inter vos. Nemo potest ad me venire nisi patre qui me misit, trahente eum, à me ultimo die in vitam renoctum. Scriptum est in vatisbus, omnes fore distinxiius docto. Quisquis ergo ex patre adest & didicit, is ad me venit: non quia patrem quisquam viderit, nisi quis à Deo, is patrem videt. Credet mihi, qui misericordia, is vitam habet eternam. Ego sum panis vitalis. Diana vobis sum maiores vestri in desertis, & tamen moriui sunt. Hic est panis quis de celo descendit, cuius modi, ut qui eo vescatur, non sit moriurus. Ego sum panis viri, qui de celo descendit: quo pane qui vescitur, vincet in perpetuum. Panis aetensis

autem quem ego dabo, caro mea est, quam pro humani generis vita dabo. Iu. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare comedendam? Ies. Hoc vobis confirmo, nisi & carnem meam consideratis, & sanguinem meum bibetis, non habetis vitam in vobis. Qui comedit meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam eternam, & ego eum in vitam reuocabo ultimo die. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui mea carne vescitur, mecumque sanguinem bibit, is innat manet, & ego in eo. Quemadmodum vniuit pater qui me misit, ita & ego per patrem viuis, & qui me comedit, is quoque per me viuit. Hic est panis quidem de celo descendit: cuius longè alia vici est, quam Manne qua vici maiores vestri tamen mortui sunt. Hoc pane qui vescitur, viuet in sempiternum. D. Dura vox: quis eam audire posset? Ie. Ergo hec vobis absurdum videtur? Quid si me videatis è ascendente, ubi eram ante? Non nesciulus vobis absurdius videbitur, ut qui in colum ascendens, is in terris comedatur? Non sunt mea dicta ita accipienda, ut dicaris ipsam carnem meam comedti. Nam caro quidem nibilianat: sed est diuina quadam comedendi ratio, qua vita eterna comparatur, de qua ratione verba facio. Nam quemadmodum qui panem comedit, is per panem viuit: ita qui per me viuit (id quod mihi credendo, & à me pendendo efficitur) is me comedere dicitur. Sed sunt quidam ex vobis qui fidem non habent. Hanc ob causam, dixi vobis neminem posse ad me venire, nisi hoc ei datum fuerit à patre meo. Iam vero multi à me propterea discedunt. Qui vos? Num siam vultis discedere? P. Domine, quem adeam?

mus? Tu verbarita eterna habes: & nos credimus & non sumus, te esse Christum, Dei viventis filium. I. Equidem vos duodecim elepsi, sed vestrum unus diabolus est.

SENTENTIA.

Anime cibas magis est procurandus quam corporis. Ut pance corpus, se veritate (qui Christus est) anima pacetur.

P R A E P O S T E R I. Mat. 15.

Marc. 7.

A R G U M E N T U M.

Iesus a Phariseis & Scribis de discipulorum suorum illotis manibus reprehensu, in illos reprehensionem retorquet, demonstratque peccatum non ex tra, sed in ius esse in animo.

T habet & Scribe, Iesus, Discipuli, Petrus.

CVR faciunt discipuli tui contra institutum antiquum
Crunt, ut cibum capiant illotis manibus? Ie. *Cur & vos contra praeceptum Dei faciatis instituto vestro? Deus enim (ut ait Moses) parentem virumq; coli precepit: & si quis patri matre in maledicere sit, euro morte mulierari. At vos ita homines instituitis, ut parentibus demonstrarent, donarie a se in fiscum templi collata, in ipsorum parentum utilitatem esse cessaret. Ita estis in causa, ut nibil ad illam honoris speciem addant, dum se satia parentibus facere arbitrantur, si in templum donaria conserant: quoniam parentibus non, ut debent, subveniant, quo vestro instituto Dei praeceptum rescinditis. Multas sunt eiusdem generis alia, in quibus dum hominum instituta teneatis, Dei praecepta omittitis: lotiones urceorum, & poculorum, & cetera eiusmodi. Fili homines, recte vaticinatus est de vobis Esaias, ubi ita dicit. *Hic populus ad me ore accedit, & me labys colet: sed animo procul a me absunt. Verum frustra me ex institutis preceptisq; hominum venerantur. Sed attendite omnis multitudo**

tudo, & intelligite. Non quod intrat per os coquinat hominem: sed quod exit per os, hoc vero coquinat hominem. Si quis habet avres ad audiendum, audiat. Di. Eccl. si quis Phariseos isto tuo dicto esse offensus? I. Omnis stirps a patre meo celestis non plantata, excorpabatur. Sinite eos: duces sunt cacci cacorum. Quod si cecus eorum dicat, ambo in foream cadent. P. Edissere nobis sententiam istam. I. Adecone etiam vos tardi estis? Aut nondum intelligitis, nihil quod extrinsecus in hominem intrat, posse cum coquinare? Non enim in cor penetrat, sed in ventrem seritur, & in latrinem per excrementa ciborum, eicitur. Sed quia ex homine per os exent, ea ex corde proficiuntia, coquuntur hominem. Hinc nascuntur malevolentie, hinc adulteria, hinc stupra, cedes, furti, falsa testimonio, fortes, malitia, dolus, protervitas, iniurientia, maledicta, superbia, stultitia. Hacten multa intrinsecus manentia polluent hominem. At illotis manibus cibum capere, non polluit hominem.

S E N T E N T I A.

Fili homines speciem pietatis habent, ciuidem vim repudiant. Quo quisque plus tribuit rebus exterioribus, eo minus habet interiorum. Tanto minoris quisque facit speciem, quanto plus habet rei.

C H A N A N E A. Mat. 15. Marc. 7.

A R G U M E N T U M.

Iesus a Chananea exoratus, claus filiam liberat a fatua.

Chananea, Discipuli, Iesus.

Miserere mei o Domine, filiam habeo, que furta misericordia agitur. *Heu me infelicem, ne respondere quidem dignatur. Obscoiro te etiam atque etiam miserere mei, respice me, utere tua in me clementia & mansuetudine. D. Absoluo eam, quæsumus: clamore nos obtundit.*

M 2

tundit

DIALOG. SACRORVM

tandit. I. Non sum missus nisi ad ones perditas domus I-sraelis. C. Domine subueni mihi. I. Sine primis saturari siberos. Neq; enim conuenit liberorum panem abidere catellis. C. Etiam sanè: & tamen catelli quoque comedunt de micis liberorum, que decidunt de mensa dominorum suorum. I. O mulier, magna est tua fides. Obtineto sanè quod vis: Et propter istud dictum abs leta: nam furia emigravit è tua filia.

SENTENTIA.

Christus exorribilis est etiam illis quos maxime videatur excludere. Fide Christus expugnatur.

FERME NTV M. Mat. 16. Marc. 8.

ARGVMENTVM.

Iesu discipulorum diffidentiam & tarditatem arguit: qui, quod ipse defermeat spirituali dixerat, intelligebant de carnali.

Iesu, Discipuli.

C auete vobis diligenter à fermento Pharisaeorum & Saduceorum, summetiam Herodis. D. Hoc dicit, quia panes non accipimus. I. Quid vobis cum cogitatis, diligentes, panes à vobis esse omisso? Adeòne ex cuncto animo e-fisi? Adeòne sensum omnem amissitis, ut nihil intelligatis, neque vobis veniat in mentem iliorum quinque panum, quos in quinque hominum millia dispergunt? Quot enim corbes fructus refertas abstulitis? D. Undecim. I. Quid cum septem pane in quatuor millia diligenti, quot fructus frumentorum canistra abstulitis? D. Septem. I. Qui sit, ut non intelligat, me non de pane loqui, cùm in beo vitari, fermentum Pharisaeorum & Saduceorum.

SENTENTIA.

Dicta Christi spiritualia, interdum secundum carnem interpretantur etiam Christiani. Hominem a carne ad spiritum traducere est difficile. Diffidentia ex homine quamvis pio agre pellitur.

CLAVIGER. Mat. 16. Mar. 8. Luc. 9.

ARGV-

LIBER. IIII.

ARGUMENTVM.

Iesu discipulos scelitacius quenam effechominum de se fama, & suita Petri confititione, ei claves regni celorum promittit, deinde eius carna-lem in cruce deprecanda animum obiurgat, & de hominis abnegatione docet.

Iesu, Discipuli, Petrus.

Quem me dicunt homines esse? D. Alij Iohannem Baptislam, alijs Eliam, alijs Ieremias, alijs aliquem ex veteribus vatisibus, qui in vitam redicrit. I. Vos autem quem me esse diciis? P. Christum Dei viuenti filium. Ie. Beatus es Simon Bar Iona, quoniam istud à carne & sanguine & doctus non es: sed a patre meo, qui est in celis. Et ego tibi vicissim dico, tu es Petrus, & super hanc Petram adiisco ecclesiam meam, quam ne uniuersitate quidem orci vires superabum: tibique dabo claves regni caelestis: ac quicquid obstrinxeris in terra, erit obstricatum in celis, & quicquid solueris in terra, erit solutum in celis. Catorum etiam atque etiam casuete, ne cuiquam indicietis me esse Christum. Me quidem oportet Hierosolymam proficisci, omnesque à senioribus & pontificibus, & scribis contumelias & indignitates perpeccum, interfici, tertioque post die resurgere. P. Respic te domine, nunquam istud tui accedit. I. Ab è meo conspectu, Satana: impedimento mili- es., quod diuinam non sapis, sed humana. Quid si quis me vult sequi, renunciet fibi ipsi, & me, crucem ferens quotidiana, subsequatur. Nam qui volet vitam suam servare, eam perdet. Qui vero vitam perdiderit mea causa, & Euangeli, eam servabit. Quid enim prodest, quenquam etiam totum mundum lucrari, si vita sua taetur amfaciat? Aut qui impbet quisquam, quod cum vita sua compensare possit?

M. 3.

tenet

DIALOG. SACRORVM.

tenim quem mei, meorumque dictorum hoc adultero,
secleris quoque hominum genere peccaverit, eius me us-
cissim puniebit, cum & meo, & paterno splendore con-
spicuus veniam unde cum sanctis & divinis genitis. Nam
veneruntur: sum, & profuis quenque fallis remuneratu-
rus. Quinetiam hoc velis confirmo, quod datus esse ex hoc
convenit, qui non sint obituri mortem, qui me regni
divini prepotenter vescisse viderint.

SENTENTIA.

Christi cogniti ab homine non proficiuntur, Sequendus Christus est.
Iisque omnibus praferendus.

LVNATICVS. Mat. I 7. Mar. 9.

ARGUMENTVM.

Iesus Lunaticus, quem eius discipuli fanatici non pocuerant, fanatici ab eius
patre exoratus.

Pater lunatici, Iesus, Demon, Quidam, Altius.

MAgister, oro te, ut me, meumque unicum filium,
quem tibi hic adduco, respicias. Agitur nefio
quo furiali spiritum muto: credo enim Diante incitatione
ita misere infestari. Nam cum subito cum mala illa per-
fisi corripit, tum vero admotis dolorum facibus repente
diuexatur, & cruciatibus fodi canibus horribiles gemi-
tus & dentium stridores edens, spuma agit in ore: &
vix tandem sensi cruciamentis perficiatur, a tam im-
manium furiarum vinculis laxatur. Eum deduxi ad tuos
discipulos, & orati ut eum a tanto malo liberarent. Sed
non potuerunt. I. O diffidens hominum genes, & prauum:
quousque verisabor inter vos? Quem ad finem vos per-
feram? Huc mihi adducatur. Pat. Ecce eum tibi. Hei
mibi, vide si ut reperire te viso, concidit: vide ut spu-
mans voluntatur. Ie. Quare pridem hoc ei encunire cepit?
P. Iam a pueris, ut sepe in ignem, sepe in aquam praecep-
tum,

LIBER III.

103

rit, ut dicas eum in mortem ferri. Sed tu si quid potes
opitulare nobis nostrimi ertus. I. Si potes credere, nihil
est quod crediti fieri non possit. P. Credo ego quidem,
Domine, sed tu adiuua fidem meam. I. Spiritus meus &
furde, ego tibi impero ut istius emigres, remigraturus
nunquam. D. Brunus. Q. Et conuulsus es? Vi mortuo
similis? A. Imò ego puto plane mortuum, ita nihil omnino
mouetur. I. Cedo nihil istam manum, surge: est incolu-
ris. Trado tibi filium tuum omni morbo vacuum.

SENTENTIA.

Hominis imbecillitas, diffidencia argumentum est. Fides est omnipotens.
Christus etiam infirmus fidei opitulatur.

LAPIDANTE S. Iohann. 8.

ARGUMENTVM.

Iesus de seipso cum Iudeo distinxit, eum vanam ob Abrahamicam flir-
tem arrogantium reuulsi, veteri libertatem doceat, & lapidationem ab ea
effugit.

Iesus, Pharisæi, Iudei.

Ego sum lux mundi. Qui me sequitur, non ingredie-
tur in tenebris sed vt sit luce uit. c. P. Tu de te ipso
testaris, testimonium tuum non est verum. I. Et si ego
testor de me ipso, verum est tamen testimonium meum,
quoniam scio unde venirem, & quò abeam: id quod vos
negetis. Vos more hominum indicatis, ego non iudico
quoniam. Et tamen ut maxime iudicem, iudicium me-
um verum sit, vt pote qui non sibi solus, sed vna etiam
adit qui me misit pater. In vestra quoque lege scriptum
est, duorum hominum testimonium verum esse. Ego de
me ipso testimonium dico, dicit etiam is a quo sibi mis-
sus pater. Pb. Vbi nam est tuus pater? Ie. Vos neque me
non sis, neque patrem meum. Si me noscetis, meum
quog. patrem noscetis. Ego abiturus sum, & vos me re-
quievitis, atq. in peccato vestro morierimini. Quo ego an-
bibo,

414

bibeo,

bibo, vos non potestis venire. *Iu.* Num ipse se interficiet ut dicat, quo ipse abiiturnus est, nos venire non posse? *Ie.* Vos hinc infernè estis, ego supernè. Vos ex hoc mundo estis, ego non item: ideoque dixi vobis, vos in peccatis vestris morituros: id quod fiet, nisi credideritis me eum esse. *P.* Nam quis tu es? *Ie.* Iam dudsam id vobis sum elocutus. Evidem multa de vobis habeo verè dicere. Sed ut ille qui me misit verax est, ita ego quoque ea dictum qua ex eo audiui, hominibus renuncio. Verum enim herò cùm me extuleritis, tum demum intelligetis me eum esse qui mea sponte faciam nihil: contraria sicut me docuit pater, ita loquar, mecumq; habeam eura, qui me misit. Neq; enim me solum deseruit pater, ad cuius ego arbitrium omnia semper facio. Quid si vos, qui mihi creditis (video enim esse non parvum multos) in meis dictis manebitis, verè discipuli inci eritis, veritatemque intelligetis, qua vos in libertatem vindicabit. *Iu.* Nos Abrahami progenies sumus, nej, cùquam seruimus: & tu aedes dicere nos factum iri libero? *I.* Credite mihi, quicunque facit peccatum, seruus est peccati. At qui seruo non est domi perpetua manjō, filio est. Ergo si vos filius libertate donabist, re ipsa liberi eritis. Neque vero me preterit, vos esse progeniem Abrahāni: sed enim cupitis me necare, postquam mea in vobis oratio locum non habet. Ego quod cognoui à patre meo, loquor: itidem, vos quod didicistis à patre vestro faciatis. *Iu.* Noster quidem pater Abrahamus est. *Ie.* Si Abrahami filii essetis, Abrahamo digna facereis. Nunc cupitis me perimere, hominem qui verum vobis sum effatus, id quod audiui ex Deo. At nibil tale faciebat Abrahamus. Vos patre ve-

fro digna facitis. *Iu.* At nū è stupratori non sumus. Vnum patrem habemus Deum. *Ie.* Si à deo patre essetis, amaretis me, quippe cùm à Deo profectus venerim. Nequè enim mea sponte veni, sed ab eo missus. Cur mea orationem non agnoscitis? Cur mea dicta audire non potestis? Vos ex patre Feione estis, & patris vestri libidinibus minoris vos libenter prebetis. Ille iam ab initio fuit homicida, nec in veritate perflixit, nempe veritate vacans. Quid si falsum loquitur, de suo loquitor, ipso mendax, mendacijs pater. At mibi vos, quia verum dico, non creditis. Quis me vestrum coarguit peccatis? Quid si verum dico, eur mibi non creditis? Qui à Deo est, Dei dicta audit. Vos ideo non auditis, qui à Deo non estis. *Iu.* An non recte dicimus, te esse & Samaritanum & furiosum? *Ie.* Ego furiosus non sum, sed patrem meum decoro: vos vero me probro officitis. Sed nō ego mea laudem studio: est qui studiat, & cù ratione. Credite mihi: qui mea dicta obseruaueru mortem non videbit unquam. *I.* Nunc planè videmus te fixare. Abrahamus ipse mortuus est, & ipse vates: & tu eum à morte in perpetuum vindicas, qui tibi dicto audiens fuerit? Num tu maior es patre nostro Abrahamo, qui tamen mortuus est, ut etiā ipsi vates? Quid in te factis? *Ie.* Si ego meipsum laudarem, laudatio mea nulla esset, pater mens est qui me laudat: quem vos, cùm dicatis vestrum esse Deum, tamen non nonistis. At ego noui: id quod si negarem, vestri essent similis, id est, mendax: sed non i cum, eiusque dictis parco. Abrahamus ille parens vester gestinit videre diem meam, & vidit, & vidisse gauisu est. *Iu.* Quinquaginta annos nondum habes, & Abrahamum vidisti! *Ie.* Imo antequam Abrahamus esset, ego eram

DIALOG. SACRORVM

eram. Iu. *Proh scelus, haccine nos tam indigna ferre?*
Quin eum cooperimus lapidibus? Agite, fiet lapidatio.
Sed quid hoc est? Nasquam comparet. Euansuit.

SENTENTIA,

Patrem sequitur-sue proles. Cui quisque obedit, eius filius aut seruus est. Ex opere iudicatur de homine. Impi sunt ex diabolo nati. Servire iustitiae, ea demum libertas est. Simulatores dum te negant homicidias, in eo ipso veligio homicidae moluntur. Simulatores si homicidii argueris, occidit te, si poterit, ut te non homicidiam esse ostendat. Utinam tantum saperet mundus ut ex tuis eos fructibus cognoscere.

CÆCVS NATVS. Ioh. n. 9.

ARGVMEN TVM.

Iesus cœcum natum sanat, Pharisæi postquam hoc etiam interrogatis eis, ius parentibus, reficiuntur, de ille male dicent, & fanaticum, quia de Iesu, bene dicetur, reticuntur. At Iesus ei Iesu aperit, & Pharisæos cœcitas arguens, de seipso, bono pastore, disputat.

Discipulus, Iesus, Cœcus natus Vicini, Parisi, Perentes Cœci, Nuncij.

M Agister, virum propter suum hic, an propter patrem tuum peccatum cœcius natus est? I. Propter neutrum: tantum ut divina in eo opera demonstrarentur. Me oportet rem agere eius qui me misit, dum dies est. Venit nox, cum agin. n poterit. Donec in hac vita ago, lux sum hominum. Sed age tans, huic homini lucem conferam. Confessum est. Abi lotum in piscina Siloa. C. Faciam, & quidem libenter. O me felicem, si possum ad ipsi et id quod homines vocant lucem! quo ita delectantur, ut negent quicquam esse incundius. At ego nunquam ne suspicari quidem potui quale esset: neque oratione animo & cogitatione comprehendere, quid alium quidque atrum dicant. Ita mihi natura in qua fuit, ut mihi rem omnium predicatoris suamissimam, insuiderit. Sed iam video mihi ad ipsiūm peruenisse, lauabo me, ut sum iussus. O

Deus

LIBER IIII.

105

Deus immortalis! quid hocres est? Haccine est vide-re? Ho, ho, vix sum mei compos, pregaudio. Video ego celum, terram, homines. Bone Deus, quis est hodie tam fortunatus, quam ego sum. O populares, aspicite eum qui ex utero matris cœcius est exceptus, nunc liquido videntem. V. Estne hic ille, qui solebat sedens mendicare? Al. Plane. Al. Fieri non potest. Alius est, eius similimus. C. Imo ego verò ille ipse sum. V. Quo pacto tibi aperisti sunt oculi? C. Quidam homo, quem Iesum rinnerant, puluerem spiritu suo temperatum meis oculis illestit: deinde iussit ut irem lotum in Siloa: quo facta sensum videndum sum affectus. V. Vbi est ille. C. Me latet. V. Deducamus eum ad Pharisæos. C. Quo libet. V. Adducimus vobis hominem, Pharisæi, qui ait s̄, cām à nativitate cœcius eset, videndimunus à Iesu esse affectum. Ph. Quo modo istud amabo? C. cēno mihi oculos illestit: quibus deinde ablatis video. Ph. Is homo non est à Deo profectus, ut qui Sabbathum non agat. Al. Qui possit improbus homo tam stupenda? Ph. Tu quid de eo censes, qui tibi oculos aperius? C. E gone? Vatem esse. Iu. Credibile non est, cum qui nunc videt, cœcum fuisse. Inocentus haec ei ins parentes. Al. Sanè placet. Heus vos, accersite eos. N. Fict. Iu. Placet hanc rem altius sciscitari. Nu. Adsum. Iu. Haccine est filius vester, quem vo: predicatione cœcius esse natum? Qui si ut nunc cernat? Pa. Hunc filium esse nostrum, & cœcum fuisse natum scimus: quomodo num cernant, nescimus, quisne ei oculos aperuerit, nos fugit, ipse iam grandis est, ipsum interrogate de sé, ut elequatur. Ph. Appelleter iterum. Adestu, fateré verum. Nobis satis cognitum est hominem illum esse sceleratum. C. Sec- derata

leratus fu, necne nescio: unum illud scio, me, cum cecus fuerim, nunc oculis vidi. Ph. Quid fecit tibi? Quo modo illustravit tualumina? C. Tam vobis dixi, neque audiui sis. Quid denouo vultus audire? Num vos, quoque vultus eius discipuli fieri? Ph. Abi in malam rem. Tu es eius discipulus: nos Moysi sumus discipuli. Satis scimus cum Moysi locutum esse Deum: at hic unde sit, nescimus. C. Ergo in eo est auctoritas, quod vos nescitis unde sit, cum mibi oculos paterfecerit. Tam scimus improbos a Deo non audi: sed si quis pius est, & Dei voluntati parens, eum videt Deus. Nunquam post bonum memoriariam fundo auditum est, quenquam illustrauisse oculos cecinati. Quod nisi esset i profeclus a Deo, nil posset. Ph. Tuselerum plenus es, & nos doce? Abi foras in malum crucem. Ie. Ausis enim, quem nativa exortate liberari, exaltum esse a Iudeis: Et ecce eum. Fleus tu habes ne fidem Dei filio? C. Quis autem est is, ut ei fidem habeam? Ie. Vides eum; is ipse est, qui tecum loquitur. C. Ego vero fidem habeo. Ie. Ego in hunc terrarum orbem ad hoc discrimen, & ad hoc deilectum veni, ut qui non vident, videant, & qui vident, cecidi sunt. P. Antibi nos videtur cecidi? I. Si cecidi, non essem in vitio. Nunc quia dientis vos cernere, peccatum in vobis heret. Sic accipite; Qui non intrat per ianuam in casam, sed ita transcedit, si fur est & latro. Qui autem intrat per ianuam pastor est omium. Huius tantor aperit. Huius vocem exaudiunt omnes. Hic suus appellat nominat, oī que edicit, edibitque prae viam: hunc omnes consequuntur, & cuius vocem agnoscant. Alienum autem non sequuntur, sed defugunt: quoniam non agnoscunt alienum v-

cem. Virum ut intelligatis quid mibi velim, sic habetote. Ego sum ianua omium. Omnes qui cunq; ante me venerunt, fures sunt, & latrones, nec eos audierunt omnes. Ego sum ianua. Per me qui intrabit, seruabitur, & ingressum & egressum liberum habebit, & pacatum nanciscetur. Fur non aliam ob causam venit, quia ut foretur, malet, perdat. Ego veni ut vita fruatur, & melius habeant. Ego sum pastor bonus. Pastor bonus animam ponit pro omnibus. At mercenarius ille, non pastor, cuius sua non sunt omnes. Si quando vidit Lupum venientem, relictis omnibus, in pedes se coniicit, lupus omnes agit, rapit. Ille mercenarius fugit: nempe mercenarius, nec curam habens omnium. Ego sum pastor bonus, & meas omnes: vicissimque eis sum notus. Quemadmodum novit me pater, ita ego novi patrem, & animam ponio pro omnibus. Habeo autem alias omnes, que non sunt huius omnis, que etiam mibi adducendi sum, meamque vocem audient: atque, ita sicut unum ouile, unusquisque pastor. Ideo me pater amat, quia animam ponio eam resumpturus. Eam quidem nullus mibi eripere potest, sed ipse mea sponte eam pono, habeo eum potestatem eam pondendi, riufulandi sumendo. Hoc mibi in mandatis dedit mens pater. Ia. Furiosus est, & insanit. Quid cum audiatur? Al. Hec non sunt furentis. Potestne furia cecorum oculos lucis vobis donare?

SENTENTIA.

Quos sanatur est Christus, prius sedat, hoc est sedatos esse ostendit. Simulatoribus nihil est, vel pertinacius vel crudelius. Evidem sic mihi perfici, etiam si reliqui omnes veritati crederent, simulatores non esse credituros. Quos mundus reicit, Chillus accepit, etique lese aperit: qui diuina sapient, mundo futere videntur. Aperit hic tandem oculos: O ecce mundo, noli continuo furoris argere, si quis aliquid vel agit vel dicit, quod tu o bellus centiceps, vel non approbas vel non intelligis: Cognosce legum & iterum tertioque cognosce, antequam

quam iudices, nam ad penitendum properat, cito quid dicatur.

RENOV ALIA. Iohan. IO.

ARGUMENTVM.

Iesu Iudaic Christum Deique filium se esse faterur, ob eamque causam illi cum lapidae conantur.

Iudici. Iesus.

QUAM diu nostres animos suspensos tenebis? Si tu es Christus, dic nobis aperte. Ie. Id dixi vobis, nec creditis: ea que patris mei nomine facio, satis de me testanter. Sed vos non creditis, quia non estis ex oibis meis, quemadmodum dixi vobis: omnes mea vocem meam audiunt, ego eas cognosco, ipsa me sequuntur, ego eis vitam largior sempernam: non possunt unquam perire, neque mihi eis quicquam de manu eripuerit. Pater meus, qui mihi eas mandauit, maximus est omnium: nec eas posse quicquam de eius manu extorquere. Ego autem & pater unus sumus. I. O audaciam! videtis quam nefaria vox. Agite, obo nimus bonitatem lapidibus. I. Multa ego vobis preclara opera patie & meo auctore, estudi: quod tandem est coram propter quod me lapidetis? Iu. Ne ilam bonam eberem te lapidamus, sed ob impiatum in Deum dilla: si ruit quodlibet mo cùm sis, Deum te facis. Ie. Ebo, an non ita scriptum existat in vestis literis: Ego vos deos appellavi? Si dixi appellati sunt illi, ad quos Dei sermo habitus est, quod ter pitem rescindi non potest: me, quem pater consecravit, & in hunc terrarum orbem misit, vos impium dicitis, si dixi me Deifilium esse? Si patre digna non presto, mihi ne credite: si etiam, non mihi, at factis eredite: & tandem cognoscite & probate in me, & me in patre esse. Iu. Enimvero statim non sunt ferenda: initia-

unne

mna ei manus, quid statim? Pape, ubi est? Nasquem est. Vbi est? Enhancit in aurem presfigiator, at non semper e-hader: tenebatur aliquando.

SENTENTIA,

Quia non intelligent, clamant impediti. Homicidia sua religionis nomine pretexunt simulatores. Vera dicta habet mundus pro impiis.

THOMAS. Iohan. II.

ARGUMENTVM.

Iesu discipulos suos se comitari iubet, cuncta ad Lazarum in vitam reuocandum.

Iesus, Discipuli, Thomas.

A Beamus iterum in Iudeum. Dis. Magister modo te volebant lapidare Iudei, & eodem redi. Ie. Dici hore sunt duodecim. Qui interdus iter facit, non offendit. Visitur enim communis bac luce. Qui autem noctis, offendit: caret enim lumine. Iam vero Lazarus ille noster amicus obdormivit: eum ego eo expergefactum. D. At si obdormivit, saluus est. Ie. Planius dicendum est: Lazarus mortuus est, id quod equidem vestra causa gaudeo, ut rei fidem adiungatis, cum sciatis me non adfuisse ibi. Sed eamus ad eum. Th. Eamus & moritur cum eo.

SENTENTIA,

Christo mortuum excitare tam facile est quam homini dormientem. Christo mortuomus est.

LAZARVS. Iohan. II.

ARGUMENTVM.

Iesu Lazarum in vitam refecit,
Martha, Iesus, Maria, Iudei.

Cum essem domi, allatus est mihi nuncius, aduenire Iesum. Itaque ei extra vicum obviem procedo. Sed cum aduenientem video: adibo, & salutabo. O Domine si adfusses hic, meus frater non frisset mortuus. Sed unne

nunc etiam scio, te, quidquid à Deo petineris, impetraturum esse. Ie. Remunscet frater tuus. Mar. Scio ego regnorum cùm remunscerent homines in illo nonissimo die. Ie. Ego sum resurrectio & vita, ita ut mihi confidentes omnes & mortui sunt remuncturi, & viui nunquam sint morituri. Credis hoc? Mart. Etiam domine. Ego credo te esse Christum ipsum Dei filium, orbi expellatum. Sedeo evocatum Mariam sororem meam que domi misera luctu tabescit. Ie. Quidam multa acerba & perpesta aspera exenire in hominum vita necesse est? Misericordia harum miserandarum muliercularum, que charissimi fratris morte concusse, meroe conficiuntur, & iam ad me, sicut ad eorum asylum configitant, opemque meas & praesens auxilium implorabant. Atque ecce eas huc accarentes, cum magna horainum multitudine. Ipsa autem Maria, ut plorat, ut lamentatur, ut suo luctu omnibus lacrymarum excutitur? Iam credo nibi ad pedes iacebit supplicans. M. O Domine, sita hic adfuisse, meus frater non fuisset mortuus. Ie. Vbi enim posuisti? In Veni visum. Vi connotus est, & lacrymarum vim profundit! Nimirum cum valde amabat. Alius. Non poterat is qui caci oculos reclivit, efficere, ut hic non moriretur? Sed videte ut rursum concurbatur. Ie. Hic est monumentum: amouete saxum. Mar. At iam faciet, Domine, nam quariumdum est. Ie. Dixi ego tibi, te, si potes fidere, vi urum gloriosum & plene diuinum factum? Tollite modo. Pater gratias tibi ago, quod me audiisti. Equidem sciebam ut me semper audiis: sed dicebam propter circumstantem hominum multitudinem, ut eredant me a te esse missum. Lixare veni foras. Iu. O

rem seculis omnibus inauditam. Videte, videte hominem è sepulchro emergentem, vincita pedibus, manibus fascijs, vultusque sudario obselato. O immensam Dei potentiam. Ie. Solute eum & dimittite liberum.

SENTENTIA.

Christi vox etiam a mortuis auditur, & nos viui cam non audimus.

R E P V D I V M. Mat. 19. Marc. 10.

A R G U M E N T U M.

Iesum cum Phariseis & discipulis de diuortio colloquitur,
Pharisei, Iesus, Discipuli.

Licetne viro repudiare uxorem, qualibet de causa? I. Quid vobis praecepit Moses? P. Moses permisit uxori nuncium remittere, scripto diuortij instrumento. I. An non legis sis, ut qui eos principio fecit, mare simul & feminam fecerit? Iisque ita pronunciatum sit: propterea vir, reliquo utroque parente, herebit sue coniugi, sietq; ex duobus unum corpus. Itaque iam non sunt duo, sed unum corpus. Proinde quod Deus coniugans, homo ne disingat. P. Cur ergo praecepit Moses, ei dare diuorij tabulari, eamq; repudiari? I. Habui videlicet rationem vestre peruvicacie. Verum olim non erat ita facilitatum. Quin hoc vobis confirmo, quicunq; repudianterit uxorem suam, nisi ob stuprum, & duxerit aliam, adulterat, & qui repudiatarum duxerit, adulterat. Eadem in causa sunt & feminine. D. Si ea esti viri cum uxore conditio, non expedit connubia consurgere. Ie. At non omnes id prestare possunt, sed q; dumtaxat quibus datum est. Nam eunatorum, alijs ita ex vetero matrum orti sunt, alijs manu castrati sunt, alijs se ipso castraverunt propter regnum caeleste. Quis hoc potest prestare, prestato.

Deus ipse propter hominum periculaciam aliquid interdum permittebat, quod alioquin permittendum non esset. Olim fuit mundus minus malus & omnia abundanties in deterso. Libidini resistere nisi dono Dei nemo potest.

D I V E S. Mat. 19. Mar. 10.

Luc. 18.

AR GVM BN TVM.

Iesus ab adolescenti interrogatus vita viam docet, & quam sit ea diuinitus difficilis ostendit, deque primitis tuorum dicitur.

Adolescens, Iesu, Discipuli.

Magister bone, quid bonis faciendum mihi est, ut vitam eternam adipiscar? Ie. Quid me dicis bonum? Nemo bonus est nisi unus Deus. Quid si vis ad vitam peruenire, serua precepta. A. Quenam? I. Ne adulterato. Ne occidito. Ne furator. Falsum testimonium ne dici-to. Ne quem interuertito. Parentum utrumq[ue] colito. Alterum ut teipsum diligito. A Hac omnia seruans iam a teneris. Quid mihi restat? I. Pro o. Unum tibi deest. Si vis perfectus esse, i venditum rem tuam omnem, & pretium in pauperes erogato, thesaurum habiturus in celo: deinde ad me sequendum, crucem ferens venito. Ebo, abit maslus: est enim perduces. O nra discipuli, quam difficilem habent ad regnum caeleste perueniri! Ob-stupetis? O filii, quam difficile factus est, ut qui dimitijs fratris sunt, in regnum dominum ingrediantur? Dicam ite-rum: facilius est studentem traiect per foramen acus, quam diuitem in regnum dominum introire. D. Ecquis igitur poterit seruari? Ie. Hoc humanis quidem viribus fieri non potest, sed potest diuinis. Nam omnia, quantumvis hominibus ardua videantur, a Deo tamen fieri possunt. D. Nos quidem (ut vides) reliquimus omnia ut te se-quereamur: quid ergo hinc assequemar? Ie. Vos qui- dem

dems certe, qui me secuti es sis, cum in renovata vita in tribunali magnificus confederer, sedebitis etiam in duo-decim tribunib[us], duodecim tribus Israelitarum in-dicantes. Et omnino, qui quia demum aut frates, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut coniugem, aut liberos, aut agros relinqueris, mecum nominis & euangely regnique diuiniora: is & in hoc eao, etiam inter tot acerba, centuplum accipiet, & in futura etate vita fru-etur sempiterna. Sed multi primi erunt ultimi, & ul-timi primi. Nam in regno caelesti idem supervenit, quod in quadam patre, uilius, qui primo manu exiit ad con-ducendos in vineam suam operarios: & cum singulis denariis in diem cum eis decidisset: eos in vineam di-misit. Iterumque circiter horam tertiam egressus, vi-diit alios otiosos in foro manentes, quos etiam in vine-am suam dimisit, seqne eis quod aquum esset data-rum promisit. Item circa sextam & nonam horam e-gressus fecit idem. Itora autem feri undecima egressus, cum alios desideri inuenisset, quid his (inquit) statis totum diem otiosi? Nemo nos conductit, inquietunt illi. Tunc ille, Ite & vos in vineam, meam & quod erit aquum, accipietis. Uespere mandat vineo dominus procurato-ri, ut operarios connocet, eiisque primum persoluat, initio facto ab ultimis ad primos. Hi qui venerant ho-ras feri undecima, singulos accepserunt denarios. At priui, qui se plus accepturos rati essent, cum tan-tundem accepissent, murmurabant in patrem famili-as, quod ultimos, qui unam horam opus fecissent, ipsis equauisset, qui totius diei onus pertulissent, & ardore. Tunc ille uni ex eis, amice inquit, non facio tibi iniuriam.

*Nonne denario mecum depactus es? Auser tuum, & abi-
libet mibi tantum dare huic ultimo quantum tibi. An
mibi non licebit meis vitiis meo arbitrio? Eone te oculum
malignum habes, quia ego sum benignus? Ita in regno cœ-
lesti ultimi primorum, & primi ultimorum conditione e-
runt. Multi enim sunt vocati, sed pauci electi.*

SENTENTIA.

*Diuinitas magna sunt ad falutem impeditio. Diues diuitiis, denique homi-
nes illi qui habent charissima renunciant, humanis viribus nequeunt, diui-
tia queunt.*

D I V E S I M M I S E R E C O R S. *Luc. 16.*

ARGUMENTVM.

*Diues immiseritos apud inferos cruciatus, ne tantulum quidem miseri-
cordiam ab Abraham imperare potest.*

Diues, Abrahamus.

Pater Abramite miserere mei, & mitte Lazarum,
qui summo digito in aqua intineto, linguam mibh re-
frigeret: discrucior enim in hac flamma. *A.* Fili memine-
ri, te boni: in vita, Lazarum malis esse defunditum.
Nunc vicissim hic in voluptate, tu in dolore es. Præterea
constat omnino inter nos & vos vafia vorago, ut hinc
ad vos, aut istinc ad nos aditus transire volentibus non
pateat. *D.* Saltens illud ore, pater, ut cum mittas in
domum mei patrii, ut meo: fratres (habeo enim quinque)
communefaciat, ne ipsi quoque committant, ut in hunc
tam tetrici cruciatus locum venientium sit. *Ab.* Habent
Mosen, & ceteros vates, eos audiunto. *D.* Est illud qui-
dem aliquid, pater Abramite. Sed si quis à mortuis ad
eos fuerit profectus, facilius vitam corrigit. *A.* Si Mo-
sen & vates non audiunt, ne ei quidem qui renixerit, ob-
temperaturi sunt.

SEN-

*Inclentes inquietantes pauperes. Qualem se quisque alteri præbue-
rit, taleni se exterior Deum, Imperiorum sera penitentia. Beati qui plo-
rant, nam consolatione afficiuntur. Vix gaudientes, dolebunt enim. Nam
terram v. cito studio est. Qui sancta doctrina ad sanitatem non revocatur, de-
sperandus est.*

F I L I I Z E B E D Æ I. *Mat. 20.*

Mar. 10.

ARGUMENTVM.

Iesus Iacobi & Iohanni regum petentibus crucem proponit.

Mater Iacobi & Iohannis, Iesu, Jacobus,

& Iohannes.

MAgister volebant quiddam à te potere habere duo
filii te. Quidnam id est? *Ia.* Ut tibi cùm splendorem
& imperium fueris adiuptus, alter dexter, alter sinistre,
affideamus. *Ie.* Nescius quid petatis: potestisne idem me-
cum poculum bibere, eadēmque lotione abluti? *Ia.* Possumus. *Ie.* Diem quidem poculum bibetis, meaque lotione
lauabitini. Sed ut mibi dexter & laeviusque affideatur, non
est meum dare, nisi sis, quibus id paratum est à patre
meo.

SENTENTIA.

*Ad regnum Dei non nisi per crucem venitur, & tamen non hominis
meritum, sed Dei donum est.*

V I N I T O R E S. *Mat. 21. Mar. 11. Luc. 20.*

ARGUMENTVM.

*Iesus a pontificibus & scribis, & senioribus de auctore suis potesta-
tis interrogatus, ipsos vicissim de auctore lotionis Iohannis interrogat. De-
inde per similitudines eis futurum prædicti, ut propter se expeditum, regno
principentur.*

Pontifices, & Scribe, & Seniores, Iesu.

Dicit nobis, ex cuius autoritate ista facias, & quis
tibi dederit ut tantum posses? *I.* Ego vicissim vos
quiddam rogabo, de quo si mibi responderitis, dicam
vobis ex cuius autoritate hec faciam, *Lotto Iohannis*

N 3

unde

unde erat à celo, an ab hominibus? P. Si à celo dicimus, dicet: cur ergo ei non credidisti? Sin ab hominibus, periculum est ne unius nos populus lapidet. Omnes enim Iohannem habent pro uate. Negemus scire nos. Age ne scimus. I. Ego quoque non dicam vobis, quia hæc autoritate faciam. Sed quid censeto? Habebat quidam amos natos, quorū priorem aggressus est his verbis: Nata, abi ad faciendum opus hodie in vinea mea. Cuius: Non libet, inquit: post tamen mutata sententia alij. Alteri deinde eodem modo dixit: qui pellicum tuum se non iuit: uter parvus voluntati patruus? P. Prior. Ie. Credite mihi, publicani & meretrices antecedent vos in regnum diuum. Venit enim ad vos Iohannes, vir integræ vita, cui vos non credidistis, publicani & meretrices crediderunt. Quod cùm videbūt, ne sic quidem mutasti animum ut ei crederitis. Accipite aliam similitudinem. Fuit quidam pater familiæ, qui cœlum vineam, quam cum sepibus circumdedisset, torcularque in ea defixisset, & cibellum extraxisset, eloavit agricolis, domoque postea multo tempore absuit. Post suo tempore misit ad agricolas seruos, ad percipiendum fructum vineæ. quem illi male accepimus plagiis in eum remiserunt. Iterum misit alius n: cum quoque illi lapidibus contusura, & ilibet incisissimè multatum, vacuum remiserunt. Nec satis. Addi tertium, quem etiam vulneribus confectum cicerunt. Pergit mittere alios atque alios, qui omnes vel pulsat, vel occisi ab eis sunt. Et iam cum unum haberet suum, eumque charissimum, ita secum cogubat; Quid agas? Mutia uane ad eos filium, mea delicias? At mutiam: fortasse eius confitum reuerebuntur. Itaque facit. At

vinitores

vinitores eo viso, sic loqui inter se insistant; Hic quidem est heres, interramamus eum, ut invadamus in hereditatem. Itaque eictum est vinea perimunt. Cum ergo redierit vinea dominus, quid faciet agricolis illis? P. Malos malo perdet, vineam alijs tradet agricolis à quibus fructum percipiet suo tempore. Sed absit ut quid tale euenerat. Ie. Nunquamne legistis dictum illud in monumentis literariorum? Quem lapidem improbauerunt strætiores, adhibitus est ad caput anguli. A domino profellum id est, & mirum vobis videbitur. Quam brevem sic ex me accipite. Auferretur à vobis regnum dominum & dabitur genii suum fructum editure. Ac quisquis incidet in lapidem eum, confringetur: & in quem lapio incident, non conteret. Nam in regno caelorum similiter accidit, atque in rege quodam, qui nuptias filij sui factari, seruos suos misit, qui in uitatos ad nuptias vocarent. Cumque illi noluerint venire, alios item seruos misit, quibus negotiorum dedicit, ut ostenderent in uitatis ipsius parauisse prandium, iumentos & altis esse maillata, omnia domique esse parata, ut venirent ad nuptias. At illi cum aspernati discesserunt, alius in suum agrum, alius ad mercaturam. Ceteri comprehensos eius seruos è vita per summationem in omniam sustulerant. Quare audita, iratus rex, eos has copias misit, & homicidas illos perdidit, eorumque urbem incendit. Deinde suis seruis mandauit, ut (quoniam parate erant nuptie, & qui ad eas erant vocati, non fuerant digni quis in eis adesse) per vias passim abirent: & ut quemcumque inuenissent, ad nuptias vocarent. Illi in trivia profecti, quoscumque inuenierent, coegerunt, tum malos, tum bonos, ita ut completere-

N 4

IMP

DIALOG. SACRORVM

112

tur eoenatio conuiuis. Ad eos contemplandois ingressus rex, animaduerit ibi quendam non nuptiali vestitu induitum: & amice inquit. quid buc intrasti sine vestimento nuptiali? Cumque ille obmutuissest, iussit rex famulis, ut eum pedibus manibusq; conficitum, in tenebras abriperent, ubi futurus esset ploratus stridor q; dentium. Multi enim vocati sunt, sed pansi elelli.

SENTENTIA.

Publicani & meretrices ad Dei regnum lue aptiores quam populorum magistri atque gubernatores. Qui diuinis donis ornatius ingratum i.e. prebet, si donis priuatur. Optima quoque maxime improbantur a potentissimi qui-
busque.

DENARIVS. Mat. 22. Marc. 12.

Luc. 20.

ARGUMENTVM.

Iesus a Phariseorum Herodisq; discipulis distributo Cesari pendendo multoq; interrogatus, prudenter responset.

Discipuli Phariseorum, Herodiani, Iesus.

MAgister, scimus ut verax sis, autinamq; viuendi rationem verè & sincere tradas, neque ullius omnino hominis gratia de veritate deducari. Tunc dico nobis, quid tibi videatur: hinc autem nobiscensum pendere Cesari, necne? I. Quid me tentatis? simulatores! Exhibete mihi nummum tribunariorum D. Entibidemnum. I. Cuius est imago haec, & inscriptio? D. Cesari. I. itaque redite, que sunt Cesarii Cesarii: & que Dei, Deo.

SENTENTIA.

Asturis astute respondendum. Captio ad nocendum interrogatio, viti-
o est, fed ad eandem astutu ad seipsum tuendum responso vitiola non est.

SADVC&E. I. Mat. 22.

Marc. 12. Luc. 20.

VRGVMENTVM.

Iesus a Sadducei's de septem maritorum vxore interrogatus, cuius iam futura esset in altera vita, docet ibi nulla fore matrimonia, & obiter re-
futrationem

LIBER IIII

sumptionem fore ostendit. Deinde legis perito de maximo legis praecepto respondet. Postremo, illos q; adam interrogatione de genere Chrlsi compellet.

Sadducei, Iesus, Scribe, Pharesei, Legisperitus.

MAgister, Moses scripto sanxit, si quis mortuus fuerit sine liberis, superstite uxore & fratre, ut is frater eius uxorem duceret, fratrique problem suscitaret. Fuerunt autem apud nos fratres septem, quorum primus ducta uxore, sine liberis mortuus est, fratrique uxorem habendam reliquit. Eodem modo alter, & tertius, donec tandem singulis ad unum mortuus, ultima orationis moritur feminam. Cum ergo reuixerint homines, cuius ex septem erit uxor, cum omnes eum habuerint? I. Erratis ignoratione literarum, & diuine potestatis. In hac vita homines coniubant: sed quibus contingit donari vita illa nouata, iij nullis inter se matrimonij copulantur; siquidem ne mori quidem iam possum, suntq; quasi caelestes & diuini genij, Dei, filii. Mortuos autem ad vitam resucari, vel Moses indicat in rubro (si forte vnguam legisti) ubi Deus ait: Deum se esse Abraham, Deum Isaac, Deum Iacobi. Vinentium nimurum Dei est non mortuorum, cum ei omnes viuante. Quia in re uehementer erratis, L. Quando hic tam exppositè responde, volo ego quoque eius acumen explorare. Magister, quodnam est primum & maximum in lege praeceptum? Ie. Audi Israelite: Dominus Deus tuus, Dominus unus est. Dominum Deum tuum toto animo, omni cura, studio, cogitatione, opera, amato. Hoc est primum & maximum praeceptum. Alterum ei simile est: Alterum ut te ipsum amato. Matus his praeceptum nullum est. Ab his duobus, tota legis & uatum doctrina pendet. L. Prece, arde
sand

Sanè magister dixisti. Nam unus est Deus, præterea nullus, quem summa animi ope, curæ, studio, opera, cogitatione amare, nec non alios ut scipsum diligere, omnibus præstat piamentis & sacrificijs. I. Non longè abes à regno domino. Sed ut vos ego vici: sicut interrogem Pharisæi, quid sensisti de Christo? Quo prognatum fore? P. Dauid. I. Qui sit ergo, ut cum Dauid nomine effatus dominum vocet, ad hunc modum? Dixit Dominus domino meo, sede ad dextram meam, donec tuos tiliboster, sciamci instar caicandos tradidero. Si enim Dauid dominum vocat, qui fieri potest ut sit Dauid prognatum?

SENTENTIA.

Sublata morte, sublata erunt & matrimonia, repente ad generis humani propagationem initituta, qua propagatione iam nihil opus erit, nec in moriente. Amor, legis periclio.

Petrus. Luc 22. Iohann. I. 3.

ARGUMENTVM.

Iesus moniterut discipulos suis modellum amorisque docet, sui desertorum, & Petri abnegationem, predicit, deque suo ad partem discessu, & Spiritus sancti missione differit.

*Iesus, Petrus, Discipuli, Thomas, Philippus,
Iudas, Thaddæus.*

*I*mer gentes ut quisque plurimum opibus valeret, ita maxime rex est, & potentissimus quisque facilissime principis nomen obtinet. At vestra longe alia est ratio: quantoque quisque maior est, tanto submissius se gerat: & quanto plus imperio potest, tanto magis ministrum se præbeat. Ut enim maior est, qui accumbit, an qui ministrat? Nonne qui accumbit? Atqui ego inter vos sum sicut ministrans, vobisque (qui permaneritis mecum in meis rebus aduersis) legatisem mibi à patre meo regnum similiiter lego, ut et ipsis & bibatis in eadem mecum mensa

mensa in regno meo: & in tribunalibus sedentes, ius duodecim tribubus Israelitarum dicatis. Fielis, adeste parumper vobis cum futurus sum: queretis me, & quemadmodum dixi Iudeis quod ego iterum sum, eos venire non posse: ita vobis quoque nunc aico. Itaque hoc nouum vobis preceptu do, ut ametis vos inter vos, & ametis quemadmodum ego vos amauis. In eo cognoscet omnes, vos meos esse discipulos, simutuo vos amore complectimini. P. Domine, quod abuturus es & I. Quod ego abuturus sum, non potes me nunc sequi, sed postea sequeris. P. Quod minus nunc possum? Animam pro te ponam. I. Animam pro me pones? Credo mihi, nondum cecinerit gallus cum tu me ter abstraueris. Simon, Simon, Satan as ille (ne tu sis nescius) expetivit vos ad cribrandum, quasi scripserimus. Verum ego orauis pro te, ne tu de confusione gradu aciereris. Tu vici: sicut aliquando recreatus, confirmato fratres tuos. P. Atgni paratus sum, & carcerem tecum & mortem subire. I. Hoc tibi confirmo, Petre, gallum hodie non cantaturum, quin tu me tibi notum esse, ter negaveris. Porro cum dimisi vos sine crumenâ, & pera, & calcis, numquaque carnistis? D. Nulla. I. At nunc, qui habet crumenam, adhibeto nec minus peram. Quiq, non habet gladium, vendito pallium suum, & comparato. Nam in me (ne vos nesciat) superest comprobandum scriptum illud. Et inter improbos habitus est: habentque mereas finem. D. Domine ecce hic duo gladij. I. Satis est. Ceterum nolite animo perturbari: fidem habetis Deo, & mihi fidem habete. In domo patri mei mansiones multe sunt. Quod si secus esset, dicer. in vobis, Eo paratum vobis locum: id quod si fecero, renemiam ad vos mecum affa-

Assumendos: ut ubi ero ego, ibi vos quoque sitis. Et quidem quòd qua via proficisci car. scitis. T. Nos verò nescimus quòd eas, tantum abest ut viam tenere possimus. I. Ego sum via, veritas & vita Nemo venit ad patrem, nisi per me. Si cognoscetis me, meum quoque patrem cognoscetis: & iam nunc cognoscitis, & vidistis eum. Ph. Domine ostende nobis patrem, id satis erit nobis. I. Tantum iam tempus vobiscum versor, & tu me non nobis? Philippe, qui vidit me, vidit patrem: qui sit ut tu in beatis vobis patrem ostendi? Non credis & me in patre, & patrem in me esse? Que vobis dico, mea sponte non dico: sed ipse pater, qui in me manet, hoc agit. Credite mihi, & me in patre, & patrem in me esse: aut certè de ipsis factis mihi credite. Hoc vobis confirmo, eum qui mihi fidem habebit, eadem tecum, vel etiam maiora factiū. Nam ad patrem meum me conseruo, facturus quicquid per meum nomen petieritis, ut patris gloria in filio celebretur. Si quid (inquam) petieritis per nomen meum, id ego faciam. Si me amatis, praecepta mea conservate. Ego verè exorabo patrem, ut alium vobis confirmatorem det, qui vobiscum perpetuò maneat: spuriutum illum certum, veritatis auctorem dico, quem hominum vulgus non potest comprehendere, quia eum neque videt, neque cognoscit: at vos cognoscitis, quoniam apud vos mansurus, & in vobis futurus est: Non relinquam vos pupilos: iniuriam vos. Post paulo tam me nou videbunt homines, at vos videbitis: quia ut ego vino, & vos vineatis. Tum cognoscetis & me esse in patre meo, & vos in me, & me in vobis. Qui tenet praecepta mea, & quea conservat, ille est qui me amat. Qui verò me amat, amabitur à patre meo, eundemque

ego

ego quoq; amabo, meq; ei aperiam. In. Quid causæ est, ut nobis te ipsum sis aperturus, promiscue hominum multitudini non item? Ie. Qui me amat, dicta mea vita exprimet, eumq; meus pater amat, & ad eum veniemus & apud eum degemus. Qui me non amat, dicta mea non exequitur. Sermo autem quem auditis, meus non est: sed patris qui misit me. Hac quidem sum vobis elocutus, apud vos manens. Sed ille confirmator (spiritum sanctum dico) quæ misit pater nomine meo, vos docebit, & recoleat omnia quecumq; dixi vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, nec eam, qualem homines solent. Nolite animo perturbari, neq; formidare. Auditis si vobis dixerim vobis, abiure me reuisurum vos. Si me amaretis, gauderetis, quia dixissem ire me ad patrem, qui maior me sit. Et nunc dixi vobis, priusq; euenerit, ut cum euenerit, credatis: iam non multa loquar vobiscū. Venit enim huius mundi princeps, nec habet quod in me carpat: tantum è res tendit, ut intelligent homines me amare patrem, & ita facere vitam mandavit. Surge, abeamus hinc.

SENTENTIA.

Inter Christianos quo quisque maior, eo submissior. Ex charitate cognoscitur Christianus. Ut quisque sibi maxime confidit, ita faciliter labitur. Spiritus sanctus Christianum perficit.

PILATVS. Mat. 27. Mar. 15. Luc. 23. Job. 18.

ARGVMENTVM.

Iesum accusant Iudei. Pilatus interrogat. Iesum desuo regno & officio responder, Pilatus eum ad Herodem mittit.

Pilatus, Iudei, Iesu, Pontifices.

Quodnam crimen afferis in hunc hominem, quem mihi vinctum tradidisti? In. Nisi esset maleficus, nunquam eum tibi tradidissimus. Pi. Abducite eum vos, & ex lege vestra iudicatore. In. Nobis non licet interficere

ficere quenquam. Sed si quis criminis, eum deprehendens, peruerteretem gentes, & prohibenem Cesari tributa dare, sc̄q̄ Christum regem esse dicentem. Pi. Libet excipio sc̄ficiari. Heus, tu es rex iudeorum? Ie. Tuāne istud sponte dicas, an ex alijs auditus? P. Quis si ego Iudeus sim. Tui te populares, & Pontifices, mibi tradiderrunt. Quid commisi? I. Regnum meum terrestre non est: quod si esset, mei satellites prouanissent, ne iudeis addiceret. Verum regnum meum hic possum non est. P. Tu ergo rex es? Ie. Reclite aūs, ego eō natus sum, & in hunc terrarum orbem ingressus, ut testimonium perhibeam veritati. Quisquis à veritate est, vocem meam audit. Pi. Quid est veritas? Heus pontifices, & plebs iudea, ego nullum deprehendo crimen in hoc homine. Po. Atqui nemmo est hodie nocentior, neq̄ supplicio graviore dignus. Pi. Non audiis quae in te proferunt criminia? Nihil in repondes? Vide ut te graniter accusent. Quid taces? Negque omirari satis. Po. Populum sua do Crimina. à Galilea ad hunc usque locum excusat. Pi. Estne is Galileus? Po. Est. Pi. Percommodate cadit, quod est ditionis Herodis, qui nunc in urbe est. Itaque cum ad illum duci inubebo.

SENTENTIA.

Authoritati sue credi volente celum in aures plorum. Chii? i regnum manus, danum non est.

BARRABAS. Mat. 27. Mar. 15.

Luc. 22. Ioh. 19.

ARGUMENTUM.

Pilatus iudeorum impunitate laegatus, Iesum damnavit ad crucem: Barabamque latronem dimisit.

Tuatus Pontifices, iudei, Iesus.

N Vnde iudei adduco vobis eum, ut intelligatis me nullum in eo crimen invenire. Ecce homo. Po. Crucifige,

cifige, crucifige. P. Comprehendite eum vos, & crucifigite: nam ego nullum in eo crimen inuenio. Iu. Nos Legem habemus, qua iubet eum morte plecti, quia filium Dei se fecit. Pi. M̄tuo quorsum evadant h̄c. Undenam est? Mihi non eloqueris? An nesciis me potestatem habere tui vel crucifigendi vel relaxandi? Ie. Non haberes voluntam in me potestatem, nisi id tibi datum esset supernē. Itaque quis me tibi tradiat, in maiore culpa est. Pi. Hic quidem mihi amittendus est, video. Iu. Si enim amitis: non es amicus Cesari. Quisquis enim regem se facit, aduersatur Cesari. Pi. Ageriam educam eum ad vos. Ecerex uester. Iu. Tolle in crucem, tolle in crucem. Pi. Regem ego vestrum in crucem? Iu. Nullum habemus regem praeter Cesarem. Pi. Nibil ago, video: ceden. dum est multititudinis libidini. Cedo huc mibi aquam. Hac manuum lotione testatum volo, Iude, me in sanguine huius innocentissimi viri, ab omni noxa abesse. Vesta capia esto. Iu. Eius sanguinem nos, nostrū posterū lūnūto. Pi. Ergo Barabam hunc latronem liberare habete, Iesum autem vestro arbitrio in crucem tollendum abducite.

SENTENTIA.

Potestas a Deo est, Cesari malum feruisse inimici Christi, quam Christo, & latronem liberari quam infonem, Vt inam non eadem feriret hodie.

SIMON. Iohann. 21.

ARGUMENTUM.

Iesus in vitam suscitatus, p̄scantibus suis discipulis apparet. Deinde cum eis prandere iussit, Petrus violentam mortem predicit.

Iesus, Discipuli, Iohannes, Petrus.

H Eus iuniores, nūquid edūc habetis? D. Nibil. Ie. Facite rete ad dexteram nūnis partem, & inuenietis. D. Faciemus. O miraculum! tanta est in nostro retipiscitur multitudo, ut trahere non possumus. Iu. Dominus est.

est. P. Ego igitur inducim succingam, & adeum ad ripam natabo. D. At nos nauigabimus, neq; procul à terra absimus, iam cappulimus. Hic est praece impositus pescis, & panis. Ie. Afforte de pescibus, quos modo cepistis. P. Attraham rete ad terram. O magnum numerum pescium. D. Quot sunt? P. Enumerabo. Sunt centum quinquaginta tres. D. Misurum est, rete non esse ruptum. I. Venite pransum. Vescimini hoc pane, & pycce. Simon Iohannides, diligis me plus quam hi? P. Etiam Domine, tu te scis quoniam te amem. Ie. Pasce agnos meos. Simon Iohannides, diligis me? P. Etiam Domine, tute sci, ut te amem. Ie. Pasce oves meas. Simon Iohannides diligis me? Pe. Domine tu omnia scis, tu nosti quam te amem. Ie. Pasce oves meas, simili & hoc accipe: Cum eesse iuuenis, ipse te cingebas, & ibas quo volebas: sed cum senueris, aliis te, cum manus extenderis, cinget, & ducet quo noles. Sequere me. P. His autem quid? Ie. Si eum volo manere, donec reueniam, quid ad te? Tu modo scquare me.

SENTENTIA.

Iubente Christo qui pescatur, scilicet pescator, id quod de hominibus secundum spiritum accipendum est. Qui Christum amat, huic Christus oves commendat. Discipuli eadem conditio est, quia magistri.

LINGVÆ. AET. 2.

ARGUMENTVM.

Quum Christi discipulos nouis linguis loquentes Iudei putarent eborios esse: Petrus ad eos orationem habens, demonstrat illud esse donum spiritus sancti a Christo in vitam excitate efflui. Hoc auditio, illi penitentiam agunt, & in Christi nomine lauantur.

Iudei, Petrus.

Nonne omnes hi, quis loquuntur, Galilei sunt? Aliiss. Sunt. I. Ecquid est, quod nostrum quisque vernaculae sibi

sibi linguam andiat? Parthi, Medi, Elamita, Mesopotamie incole, & Iudei, & Cappadocie, Pontique, & Asia & Phrygia, & Pamphilia, & Egypti & eius Libyæ partis que est secundum Cyrenem, & peregrinantes Romani, tum Iudei, tum aduentus, Cretensesque & Arabes, audimus eis verum diuinarum amplitudinem nostris chrisisque linguis eloquentes. Hoc quidem iam non humenum est. E quidem sic obstupefacio, ut nosciam, vigilemus, an somniem. Quid hoc rei est. Al. Bacchus agitatio est. O Bacche pater eloquentia. I. Quid ait? Al. I' ini pleri sunt, mera temulentia est. Inde enim tam multas linguis, tam diversas, tam reponit didicissent? P. Viri Iudei, & Ierosolyma incole omnes, attendit, & mecum quia dicam recognoscite. Non sunt huius temulentii, quem admodum vos arbitramini (est enim hora diei tantissima terita) sed viget illi vatis Ioceli predictio: ultimis autem temporibus (quis sit Deus) omne hominum genus meo spiritu perfundam, ita ut vestri filii filtraque vaticinentur, & tunc vissi, & senes in somniis edoceantur. Quintiam serui & ancilla tunc meo spiritu delibuti vaticinabuntur. Sed id signis quibusdam praesignificabo, tum supra in celo, tum infra in terra, videlicet sanguine, & igne, & fumido vapore. Ipse sol tenebris obducetur, & luna sanguine, antequam domini magnus ille & insignis dies veniat. Quisquis autem Domini nomen invocaverit, enadet. Audite verba haec, viri Iachthe, Iesum Nazarenum, at quem virum? Qui vobis à Deo representatus est portensis, miraculis, signis, quae per eum Deus in medio vestrum edebat, ut scitis: hunc vos, definito Dei consilio & prouidentia traditum, hominum impiorum O opera

DIALOG. SACRORVM

opera comprehensum, ad palum alligatum sustulisti: quem Deus crepum ex mortis doloribus, in vitam renovauit, quatenus fieri non poterat ut à morte teneretur. David enim dicit de eo, propositum mihi dominum ob oculos semper habeo: eoque mihi dextero, nulla re commouor. Nec verò solum mentis atq; animi Letitia gestio, verum etiam corpore fidenter perficit, quodiu animam meam apud inferos non deseret, nec permittet ut sis, qui tibi sua pietate placet, interitus delectur: sed me viam vita accubis, mihiq; cumulatissimam apud te voluptatem praestabis. Si licet apud vos, viri fratres, liberè de summo patre Davide loqui, is & vitam finiuit, & sepultus est, & eius monumentum apud vos ad hoc tempus extat. Sed cùm vates esset, & sciret Deum sibi intransisse, se se ex sarcinâ lumborum eius, quod ad humanam conditionem pertinet, suscitaturum Christum, & in eius solio collocaturum, precium Christi resurrectionis dixit, eius neque animam apud inferos relinquentem, neque corpus interitus esse detendendum. Hunc iesum suscitauit Deus, cuius nos omnes testes sumus. Is Dei dextra elatus, & promissum sancti spiritus à patre consecratus, effudit hoc quod vos nunc videtis, & audiatis. Neque enim David ascendit in cælum, sed is ipse lequitur ad hunc modum: dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam donec tuos tibi hostes instar subsellij calcandostradidero. Hoc igitur pro certo habeat omnis Israelis posteritas, Dominum & Christum factum à Deo esse hunc ipsum iesum, quem vos crucifixistis. Iu. O nos impios: quid agemus viri fratres? Pe. Mutate pristinam mentem, & abluimini carni in nomine Iesu Christi, ad remissionem peccato-

LIBER IIII.

117

catorum, & accipietis munus sancti spiritus: ad vos enim pertinet promissio, & ad vestros liberos, & ad omnes remotiones quosecumque vocaveris. Dominus Deus noster. Quamobrem habete curam salutis vestre, & eripite vos ex hoc perniciose hominum genere. I. Bene & liberaliter dicis, & nobis omnino sic placet. Fluantur.

SENTENTIA.

De spiritualibus carnaliter iudicant carnales.

CLAVDV S. AET. 3.

ARGVMENTVM.

Cladum sanant Petrus & Iohannes. Deinde concursu facto populi, Petrus a populis de Iesu (in cuius nomine hieric fanaticus ille) verba facit. His superuentum fecit doctorem, & apostolos in vincula dant.

Cladus, Petrus & Iohannes, Populares, Sacerdotes, & Antifites fani, & Sadducei.

Respicie hunc miserum claudum, viri optimi, quem mater claudum peperit, ita ut nunquam sepe pedibus potuerit sustinere. Date mihi aliquid, honoris & amoris Dei gratia, ut vobis Dei sepe vicissim benignum prebeat. P. Appicens. Neq; argentum mihi, neq; aurum est, sed quod habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni, surge & aro: uia. C. O mirum miraculum! Tu mihi roboratis sum pedes! Vi nunc firmiter incedo! O quam dulce est, confeatum esse bona, quibus carueris! Ago tibi gratias Deus optime maxime, cuius tanto sum beneficio sanatus. Vab quare iunat ingredi & faire? To. Nonne hic est mendicus ille claudus, qui solebat pro foribus templis edens mendicare? Al. Plane is est: nec possum satmirari, hunc tam expeditè nunc ingredi, qui antea loco se mouere non posset. P. Videat mihi somnia. re. Subsequuntur eius: ingredimus in porticum Solomo-

O 2

nis.

nis. Pe. Quanta habet concordis multitudo? quid hoc admiramini, viri Israelite, aut quid nos intuemini, quasi primatis viribus, aut pietate efficerimus, ut hic incederet? Deus Abramam, & Iacobi patrum nostrorum, illustrauit puerum suum Iesum, quem vos in conspectum Palati adduclum repudiatistis, cum ille absoluendum iudicasset. At vos sancto innocentem repudiato, per iustitiam hominem homicidam vobis condonari, & vita aeternam occidistis, quem Deus a mortuis excitanuit. Cuius nos testes sumus, eiusque nominis fiducia, hic quem videtis & nos, corroboratus est, & illius confidentia integerrimam valetudinem in vestra omnium conspectu consecutus. Et nunc fratres, scio vos per imprudentiam fecisse, ut etiam vestros principes: Sed Deus, qui tot suorum vatum voce prædixerat, passurum esse Christum, ea modo perfecit. Quamobrem revertimini ad sanitatem, ut deleantur vestra peccata, donec recreations tempora veniant a Domino: cum prænuntiatum vobis Iesum Christum mittet: quem oportet celo contineri: usque ad temporis restauracionis omnium, que Deus tot suorum sanctorum voce vatum iam olim prædixit. Moses enim in maioribus nostris ita dixit; Vatet vobis suscitabit Dominus Deus vester ex vestra consanguinitate, mei similem: ei parebit ad omnia que vobis dicet. Quod si quis vates illi dicto audiens non fuerit, is ex numero hominum tolletur. Eodem modo tam multi vates, qui a Samuele deinceps fuerunt, qui hec tempora prædixerunt, & tanto ante denunciaron. Vos estis ex variis orti, & in eo fædere comprehensi, quod percutit Deus cum maioribus nostris, cum diceret Abramam, per cincis

eius semen felicitatem consequuntas omnes orbis terrarum nationes. Ad vos primum Deus suscitatum per eum suum Iesum misit, qui vobis felicitatem afferret, si modo vestrum vnu quisq; a suis vitijs disciceret. Sad. Enim vero ianuferendum non videtur, tantam eis licentiam dari, ut populum publicè doceant. Nam quid futurum est? S. Quid? Nisi ut nobis reliktis, omnes ad eos transirent? Nam quod resurrectionem mortuorum per nescio quem Iesum futuram predican, facile animos imperite multitudinis in suam sententiam peritrabunt. An. Itaque maturè occurrentem huic malo est. Comprehendite eos satellites, coniici e ho: nugatores in vincula. Hac illi nocte garriant, cras nobiscum serio disputaturi, non iam cum indolis rationem habebunt, quas possint facile seducere: ad pontifices eis, & principes, & senatores, & scribas veniendum erit, qui corum arguitis vehementius refutabunt. Nam plebem quidem habent ad omnia sequacem.

SENTENTIA.

Christi nomen est omnipotens. Veritati solent inuidere & aduersari docti huius mundi.

PRIMATES. ALL. 4.

ARGUMENTVM.

Petrus & Iohannes de sanato cludo apud primates canam dicunt & illis interdicentibus ne deinceps Iesum doceant, obtemperatores negant.

Senatores, Petrus, & Iohannes, Primates.
Annas, Caiphas.

Quanam peste state, & cuius nomine hoc fecisti? P. Si nos hodie de collato in hominem infirmum beneficio interrogamur, principes populi, & Israelitearum senatores, quanamire sanatus sit: hoc vobis omnibus, cum

DIALOG. SACRORVM

Ego, Israëlitarum populo, natus esse volamus, sanatum esse in nomine Iesu Christi Nazareni, quem à vobis crucifixum Dens à mortuis excusatuit. Per eum hic afflat in vestris confitentia sanus. Hic est lapis à vobis edificantibus recolens, qui ad hunc est ad caput anguli, nec est in ullo alio fatus, nec ullum aliud nomen est sub celo hominibus datum per quod nobis: leca: seruari. Q. Hoc supra omniam mirabile est, homines illicratos & idiotas temeriter & scire loqui. S. Atque erant hi Iesu comites, & hic homo vece sanctus adebat. Inbeantur exire paulisper è concilio, ut hic de re inter nos consultemus. Exiit paulisper. Quid faciemus hominibus his? Nam consilium ab eis miraculum editum esse, omnibus Hierosolyme incolis manifestum est, nec possumus negare. C. Ita est. Sed ne hec res in vulnus diminet latius, minemur eis acerrime, ne amplius hoc de nomine cuiquam mortalium verbum faciant. Namqua ratione in eos animadheremus non video. Omnis populus hac de re Deum lenat: homo cui tam difficulter in re tem præsens auxilium oblatum est, annum agit supra quadragesimum, estque omnibus notissimus. A. bene mones. Intramutantur. Ca. Attendite Galilei. Interdicunt vobis, ne omnino vocem emitatis, neque doceatis nomine Iesu. Pe. & Io. Virum equum sit & Deo probari possit, vobis obtemperare potius quam Deo, vos videritis. Nos quidem non possumus que vidimus, & audiimus, non dicere. C. Vos nisi malo coacti, recte facere nescitis: Sed nisi parabitis, ne forte contumacie pectus acerbissimas luetis.

SENTENTIA.

Beneficia divina pro maliciis habent primates orbis, veritatemque predicant.

LIBER IIII.

119

prædicari non patientur. Veritatem suam celavit Deus sapientes & literatos camque patet fecit parvulis, Leo magis obediendum est, quam hominibus.

CAMALIE. AG. 5.

ARGUMENTVM.

Cum fuissent Petrus & Iohannes ex vinculis diuinis liberati, primates, eo cognito, illos ecceccant, & illi doctrinæ fæz causam dicunt. Tunc Gamaliel his fæz dimittuntur.

Apparatores, Antistes fani, Quidam, Ponsifices, Sacerdos, Petrus, Gamaliel.

C Arcerem quidem internum clausum diligentissime, & custodes foris ante tantum astantes: sed ubi aperimus, neminem intus inuenimus. An. Ideo vide re rerum naturam innervi. Nunquam huiusmodi monstrata, ne fundo quidem audita sunt. Quid? Egresso, ne esse clauso carcere? Q. Homines illi, quos vos incustodiatis dedistis, sunt in fano, & ibi populum docent. An. Hec sunt cuncti modi, ut quenam de mente deiciant. Sequimini me, apparatores: adducam eos in concilium. Po. Sed sine viri etenim concitares in nos vulgi seditionem, & statim ad saxa veniretis, nam magnum est plebis in eis scandulum. S. Nisi prouidemus, actum de nobis est: iam rutilo in pretiosum, omnium oculis in eos sunt conielli. Prospiciendum aliquaratione est. An. Ecce horribiles. To. Nonne vos vetumus isto nomine docere? Atqui refutatis Hierosolymam doctrina vestra, & vultis in nos illius hominis sanguinem derisare. Pe. Parcendum Deo magis est, quam hominibus. Deus maiorum nostrorum Iesum suscitauit, quem vos in patibulo suspensus interfecisti. Hunc Deus duxit & servatorēs, tua dextera extulit, ut per eum Israëlis ad superiorē vivendi rationem

BIA LOG. SACRORVM

rationem reuerteris, veniam daret peccatorum. Et nos sumus ei testes harum rerum, nec non sacer ille spiritus, quo Deus ei obedientes afflavit. Po. O audacissimo impostores. Quid agimus, viri? Quin de his penas sumimur? G. Inbete si placet, eos passim per foras discedere. Considerate, viri Israelite, de hominibus his quid eis suis facturis. Superioribus diebus existit Iudeas quidam, qui se se iactabat esse aliquem, cum quo homines ad numerum quadringentorum sese coniunxerant. Is occisus est, & quotquot ei parebant dissipati, & a nihilum redacti. Post eum extitit Iudas Galilaeus, tempore professionis multeumque ad Iesum hominum traduxit: sed & is perire, & omnis qui ei obtemperabant, profligatus est. Nunc quoq; vos summoneo, ut vobis ab his hominibus temperetis, eosq; missos faciat. Nam si hoc consilium & opus ab hominibus est, dissoluetur: si à Deo est, id dissoluere non potest nisi forie vultis videri Deo repugnare. An. Non male contulit Gamaliel. Po. Ut mihi quidam videtur. Sed euocemus homines, eosq; virgines edamus, & veterum villam lez nominis mentionem facere.

SENTENTIA.

Nihil est ad veritatem credendum durius, primoribus huius mundi. Boni consiliorum maxima est utilitas. Qui Deo opteri repugnat, Deo repugnat.

STEPHANVS. Act. 6.

ARGUMENTVM.

Accusatus impetratis Stephanus, castum dicit tanto spiritu, ut ei resisteret non valentes Iudorum primi, cum lapideant.

Tertii, Pontifex, Stephanus, Senatores,
Scriba.

Hic horis non desinit impie contra hunc religiosissimum locum, & contra legem loqui. Etenim audiuvimus eum dicere, Iesum Nazarenum chersurum esse hunc

LIBER IIII.

120

hunc locum. & traditos nobis à Moše ritus mutaturum. P. Sunt ne ista vera? St. Attende fratres & Patres. Deus gloriōsus apparuit patri nostro Abraham cum esset in Mesopotamia, antequam Charre degeret: eique mandauit, ut ex solo natali digredieretur, vocareque interram quam ipse ei ostenderet. Tum ille ex terra Chaldea profectus Charre habitauit, unde cum (mortuo eius patre) Deus in hanc terram transfluit quam vos nunc incolitis, in qua nullam ei possessionem traxit, ne vestigium quidem pedis: & tamen promisit, se ei possessionem daturum, & eius post eum soboli, cum liberos non haberet. Loquitus est autem cum eo ad hanc modum: eius posteros peregrinos fore in terra extraneorum, corūmque seruitutem & iniurias per quadragesitos annos perpetruros. Sed illam ego gentem cui seruient (inquit) veliscar: exhibūntque postea, & me hoc ipso in loco adorabunt, eāmque rem, initio cum eo circumcisōnis fædere firmauit. Is genuit Isaacum, eum octavo die circumcidit: Isaacus Jacobum, Jacobus duodecim summos patres. Summi patres inuidia adducti, Iosephum in Egyptum ducentum vendiderunt. Sed acquisit ei Deus, eumque ex omnibus angustijs eripuit, & efficit, ut Pharaeo Egypti rex eis sua sibi sapientia commendato, totius Egypti, totiusque sue familie principatum traderet: cum autem orta fames in omni Egypto & Chanana, patres nostri in magna essent difficultate cibaria: Jacobus, qui audiret frumentum esse in Egypto, eos illi semel atque iterum dimisit: estq; Iosephus altero incere fratribus suis agnitus, eiusque genus Pharaoni declaratum. Tum Iosephus patrem suum Jacobum, & familiam

omnes

DIALOG. SACRORVM

omnem ad homines septuaginta quinque accessuit. Descendit igitur Iacobus in Agyptum: ubi cum vitam finisset ipse & patres nostri translati sunt Sichemam, & in sepulchro positi. quod ibi Abrahamus argenti pretio a suis Emeritis emerat. Interes prepingnatoe promissi tempore, de quo Deus Abrahamo iuraverat, crescebat populus in Agypto multiplici numero: donec exiit rex aliis, qui Iosephum non nouerat. Is nostrum genus frustari conatus, patres nostros eosque effecit, ut etiam factus coram exponi curaret, no conservaruntur. Quo quidem tempore natus est Moses, vir Deo acceptus, qui domi paternae tres moles erubritus, cum tandem expositus esset sublatus est a filia Pharaonis, & ab ea pro filio educatus: fuisse Moses in omnibus Agyptiorum disciplinis eruditus, & dicti fallisque potens. Cumque iam quadragestim annis compleverat, venit ei in mentem consanguineos suos Israelitas visere: cumque vidisset quandam iniuria effici, cum defendit, eiusque iniuriam, & sor Agyptio, vultus est. Arbitrabatur autem consanguineos suos intelligere, Deum ipsius salutem dare: quod illi non intelligebant. Postero die conspicatus eos contendentes, pacem inter eos conciliare strabebat, consanguineos esse commemorans, cur alius alij noceret? Sed qualiter faciebat iniuriam, cum repulit, querens quis eum principem & iudicem in eos constituisse? Num se vollet interficere quo modo pridie interficiasset Agyptum? Ex eo dicto Moses a fugit, & in terra Madianitarum peregrinus fuit, ubi filios duos genuit. Peralbis autem quadraginta annis, apparuit ei in solitudine monte Sime, geniss Domini inflammata & ardore rubi. Quo

spella-

LIBER IIII.

spectaculo admiratus, cum ad visendum accederet: ad dita domini ad eam vox huicmodi est: Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abramis, Deus Iacobi, & Deus Iacobi. Hic cum tremefactus Moses non audieret inteneri: detrahe tibi (inquit ille) calcos de pedibus: nisi locus in quo tu stas, sacer est. Vidi afflictionem populi mei, qui est in Agypto: eorumque gemiu audito, ad eos liberandos descendit. Itaque volo mittere te in Agyptum. Hunc Mosen, quem illi repudierant, querentes quis eum principem & iudicem constituisse: hunc ipsum Deus principem & liberatores misit dulci genit, qui ei in rube apparuerat. Hic eos eduxit, miraculaque fecit, & prodigia, tum in Agypto & mari rubro, tum in deserto, annis quadraginta. Hic est Moses ille, qui dixit Iuda: Dominum Deum ipsorum vatem ei: ex eorum consanguinitate suscitatum ipsi Mose similem, cui parevit. Hic ille est, qui in multitudine fuit in deerto cum genio, qui cum eo locutus est in Monte Sina. & cum milibus nostris qui vitalem accipit doctrinam, quam nobis tradiderat: cui nulnerunt dicto audientes esse maiores nostri: sed eo reiecto animis se in Agyptum conseruerunt, & ab Aarone petiverunt, ut sibi faceret deos quae antecederent. Nam Mosis, a quo essent ex Agypto educti, se ne scire quid accidisset. Itaque vitulum tum fecerunt, & sacrificium statue peregerunt, delectatio operibus manuum suarum. Et Deus auersus eos sicut prelabi ad cultum astrorum, quemadmodum in vultus mensuramentis scriptum est: Nunquid mihi vultum, & sacrificia obstatisla quadraginta annis in desertu, postleris ifracio? An non ad libus: iubernecula Melancholi, &

fatu-

fidus Dei vestri Romphanis? Quae vos simulachra fecisti ad adorandum, ob qua ego transferam vos ultra Babylonem. Tabernaculum oraculare habuerunt maiores nostri in desertis, sicut prescrisperat is qui Mosi rationem eius faciendo ostendit. Quid ab illis acceptum, eorum successores una cum iusta introduxerunt tum cum iniunserunt in fines eorum gentium, quas Deus eorum aduenit extermineauit: donec ventum est ad tempora Davidis: qui ipsis Deo fidente, voluit domicilium inuenire Deo Iacobi. Salomon autem adem ei edificauit. Sed non in templis manufactis habitat supremus ille, quemadmodum dicit vates: Caelum nubi sedes est, & terra pedibus est Iacobenum: Quoniam mihi vos dominum extrahetis (inquit Dominus) aut quis mihi locus requietis erit? Nonne mea manus fecit ista omnia? peritis: os & animo & amibus incircuncisi: vos semper spiritui sancto restitutis, & vos & maiores vestri. Nam quem illuvatum non sunt insectati? Annon eos necuerunt, qui aduenient iusti pranuncianterunt? Cuius vos modo proditores fuistis, & interfectores: qui genitorum administratione acceptam legem non seruastis. Po. Disfrum por presacundia. Huncine tam arroganter? St. Ecce autem video celos apertos, & filium hominis Deo ad dexteram astantem. Se. Et Sc. O impudentiam. Quid enim audimus amplius? Inuidamus enim uniuersi, ejiciamus eum ex urbe. Agite iam lapidetur. Vos testes, vestrum est, iniurum facere lapidationis, sublinete partes vestras. T. Nos vero per libenter. Aique ut simus expeditiores, hic apud te, adolescentis uestimenta nostra deponeamus. Sc. Quid cunctamini? Ferite, ferue, etiam atque etiam

etiam geminate. Vos omnes cooperite hunc lapidibns, concione uniuersi, iacite grandine densius. St. Domine Iesu accipe spiritum meum. Sc. pro properemus, obruiamus eum lapidibus. St. Domine, noli in nos vindicare hoc facinus.

SENTENTIA.

Veritatem impietatis loco habent testores huius seculi. A quibus veritate vincentur, eis vim infundunt. Sic pugnant testores tenebrarum huius mundi.

CORNELIUS. ACT. 10

ARGUMENTVM.

Accersitus a Cornelio Centurione Petrus, cum de Iesu doceat, & in eius nomine lauat.

Cornelius, Petrus.

A Vdius modo intus aduenire eum, quem curauit accessendum. Itaq; ei ex eo obuiam. O salve multum mihi. P. Ab, quid agis? Surge, quid me ita accidis? Ego quoq; homo sum, ne tu me diuinis honoribus officias. Ingrediamur. Quinam sunt isti, quos hic conuicte videbo? C. Meisunt cognati & necessarij atque amici, quos huc iussi conuocari. P. Vos scitis, ut nefas sit homini Iudeo herere, aut congregari alicui extero. Sed me Deus docuit neminem profanum aut imundum censere hominem. Quomobrem accersitus, nihil dubitauit venire. Nunc scire velim quam ob causam me accersueris. C. Quarto ab hinc die, adhanc horam eram ieiunus, & domi mea hora nona precatio[n]es faciebam. Ecce autem vir quidam existit in meo conspectu, ueste pauperrima, & tua (inquit) precatio, Cornelii, exaudita est, tuaque misericordia & benignitas Deo in memoria infudit. Atite ergo Ioppen, accersitum Simonem cognomine Petrum (is diversatur apud Simonem coriarium ad mare) qui ubi aduenierit colloquetur tecum. Ego continuo

mis

DIALOG. SACRORVM

misi ad te & tu recte fecisti, quod venisti. Nunc nos omnes in Deo confitetur adsumus, ad audienda omnia tibi a Deo mandata. P. Re ipsa prosperio, nullum Deo personarum esse discrimen, contraria, apud omnes nationes, qui cum metuere, vitamque innocentem instaurant, ei esse acceptos. Omnia summa est in disciplina, qua curauit erudiendos Israhelitas, quos letopacis nuncio affectis per Iesum Christum. Vos scitis quae re: acciderit per totam Iudeam usque ad Galilee, post lotionem quam publicavit Iohannes: de Iesu loquer Nazareno, sacro Dei nomine, & potentia predito: qui ultrò citroq; commens, multam multa beneficia conseruabat, omnesque sanabat, quoquot à Vejone illo diuexabantur: quippe cum Deus ei adest. Et nos testes sumus omnium que fecit cum in reliquo iudea, tum Hierosolymis. Quem ipse Iudei puto affixum sustulerunt, eum Deus terro die in vitam reuocauit, & manifestò ostendit, non vulgo, sed nobis designatis divinitus testibus, qui quidem cibum potionemq; sumpsimus cum eo, postquam à morte resuscitatus est. Ac manus ab eo assignationes habemus, ut vulgo prædicemus & testifizemus, eum visum est, moriorumq; iudicem à Deo destinatum. Hunc omnes vates testantur eum esse, per cuius nomen veriam peccatorum consequantur, quotquot ei confidunt. Sed quid hoc noue rei est? Numine corripuntur omnes quis me audiat, & iam diuersis linguis loqui incipiunt. Nunquid causa est cur minus aqua abundantur, qui eodem nobiscum numine afflictati sunt? Ablus-
annus: sicut nomine Domini.

SENTENTIA.

Nullius conditionis homo nec non admittit Christum. Apud omnes nationes, quicunque Deum recesserint, innocenterque vivunt, Deo accepti sunt.

CIX-

LIBER IIII.

CIRCVISI. AT. II.

ARGUMENTVM.

Reprehensus à Christianis Iudeis Petrus, quod cum Cornelio exerente geniti homine congregatus fuerit, causam dicit & obtinet, Christianum, Petrus.

Nos quidem factum tuum probare nullo patello possamus, ut libere loquamur. P. Quidam id est tandem? C. Quod homines præcepit preditor consuefisti, & cunctis cibum cepisti. P. Si vobis videtur, remonstrare, prout se habeat, enarrab: vos ea auditæ, inadiebitis. C. Placeat, enarrab. P. Cum in oppido Ioppa orarent, vobis sumi subi videre (cum esset extra meridianus) vas quoddam descendens, quasi linctum magnum, quod quatuor capitibus de celo demissum, ad meusque peruenit. Id cum attentus contemplarer, vidi quadriga peda terrestria, & seras, & reptilia, & aereas volucres, similique vocem audiui dicentem mihi: Age Petre, malle & vescere. Tunc ego: Minime, Domine. Nihil enim unquam immundum aut impurum, per os meum intraverit. At illa vox uerum de celo inquit: Que Deus purgavit, tu ne poline. Id que ter factum est, & cum demissi omnia in calvo subdulsa sunt. Tum continuo præsto fuerunt tres homines in ea domo, in qua eram, ad me C. faremissi. Cum his ut abiela omnè cunctatione congregaderer, diuino efflato admonitus sum. Inerunt unā mecum sex fratres hi, ac nobis hominis dominum ingressis renunciavit ille, et genium domi sue vidisset est intem & sibi precipitem, ut mittaret Ioppam homines, qui accesserent. Similiops cognomine Petrum: ex quo ea audiret, quæ & ipsi essent & ipsius toti familia salutaria. His cum ego loquor et pessima, illi diuino afflato correptisunt, quemadmodum

E nos sumus principio. Tum recordatus sum illud Domini dictum, quo dixerat; Iohannem quidem abluisse aqua, sed nos spiritu sacro ablumiri. Quod si eodem illos munere affectat Deus, quo nos, cum in Iesu Christi domini fidem venissemus: ego quis eram ut possem obesse Deo? Ch. Iam nihil admissus: sed gratias Deo agimus quietiam exteris per vita cestigationem aditum ad vitam patet fecerit.

SENTENTIA.

Imitata est Peccati malitia, qui quod diuino iussu fecerat, eius ravenca am hominibus redire non dignatur. Quos Deus admittit, eorum re nemo debet.

R H O D E. AET. 12.

ARGUMENTVM.

Eductus dimidius ex carcere Petrus, Christianis narrat, quemadmodum fuit educitus.

Petrus, Rhode, Christiani.

Aperite mihi bas fores aliquis. R. Nescio quis pulsat os tuum, prout quis sit. Pe Ecquis mibi aperit tandem? R. Petrus est. Petrus est. O me felicem: o populares, salvi sumus. Petrus pro foribus vestibule stat. C. Infrasnis. R. Minime vero. Ag noui eius vocem. C. Genius eius est. Pet. Heus, heus an expectatis dum ego hasce effragam foris? R. Non assidis eum pulsantem? C. Aperiamus. O mirum miraculum. Tunc ergo verus ade: Petrus! P. Pax sit rebus. Audite ut me Dominus educitur in carcere. Aquater quatuors milibus per vices custodiebar. Cumque, hac nocte dormirem inter duos milites, vinculus duabus catenis, carceremque custodiret ante ianuam custodes, ecce adegit genius Domini, crux in adventu domus splendore illustrata est. Is me pulsato late re expiger factum insuffi surgere conseruit, continuoq; mihi emansum.

emanibus exciderunt catene. Tu ille: preceinge te inquit, & indue sandalia. Atq; ita feci, iussuq; amicis pallium; & eum sequi parrebam: cum iam egressus nondum intellexi ligerem rem verap; agi, sed mihi visum cernere viderer. Et iam pratergressi primos & secundos custodes, venimus ad portam serream, qua itur in urbem, quam utrum nobis paret latam egressi, processimus vicum unum, atque ibi me rediit ille. Tum ego ubi ad me redi, aperte intellexi, eum a Domino missum esse came, ex Herodia manu, & tanta luctu populi expectatione, eripendum. Hec vos Iacob, & fratibus nesciabit. Nisi alio concedendum est.

SENTENTIA.

Deum nulli carceres, nullae catenae prohibent, quo minus liberet suos. Quos liberare vult Deus, tenere nemo potest.

PHILOSOPHI. AET. 17.

ARGUMENTVM.

Paulus Athenis de Deo, & Chirillo, & resurrectione loquutus, a Philo-phis deridetu, a Dionysio Areopagita admittitur.

Strici, Epicurei, Paulus, Dionysius.

Dissumusne ex te scire, que sit ista tam noua doctrina quam affers? Nam inaudita quedam nostris auctoribus affers, Iesum, nescio quem nouum Deum, & alteram vitam praedicans. Hoc qualia sunt, velimus exte discere. P. Videos vos omnino Athenienses paulo superfluo res. Nam cum preteriens vestras plectrem sacra, etiam quod offendit, in qua inscriptu litterat, ignoto Deo. Eum vobis ego Denim, quem ignorantes colitis, annuncio. Deus qui fecit mundum, & omnia que in eo constant, cum sit cali terraeq; Dominus, non habitat in templis manus fistis: nec hominum manibus colitur, quasi villa regere, qui quis omibus vitam, spiritum, omnia denique conferat: qui que duclum ex unius sanguine omne hominem

minum genus, in omni terra solo collocauerit: quibus fato
vita vivendi tempora, certosq; inhabitantia terminos pre-
ficiunt, ut suum dominum quererent, si foris pernecessare
& inuenire eum possent; cum tamen non procul ab sit ab
unoquoq; nostrum: cum per eum viramus, mouemur, &
sumus (ut quidam etiam vostrorum poëtarum dixerunt.)
Eius enim genus sumus. Quod si genus sumus Dei, non
debemus existimare, auro aut argento, aut lapidi arte &
industria humana caluto, numen esse simile. At nunc omnis
ignorantia temporibus, Deus omnibus, ubiq; hominibus
denunciat, ut vitam corrigant. Statuit enim diem, in qua
uniuersos homines cum summa equitate iudicaturis est,
per virum quendam, per quem id facere decreuerat:
quem dum a morte reuscanit, certam eiusdem condicione
ad ipsende spem fecit omnibus. E. Festuum negotio-
rem, qui hic nobis homines morti eripit. S. De hoc satis in
presentia; alias te de eadem re audiemus. D. At ego ita
afflictor sum tua oratione peregrine, ut iam nihil dubitem
quoniam ita sit: flatuique a te non discedere, scitibi molestum non
est, nisi sit a doct: ina, quantum satis est, instructus. P. Mihi
vero nihil iucundius fieri potest. quam & tecum & cum
omnibus ita animatus ea communicare, que diuinis e-
dulcent, passim diuulgare sum in suis.

SENTENTIA.

Mundana lapidia diuinam pro stultitia habet. Deus ex suis operibus si-
et opifex, cognoscitur.

L T S I A S. Ad. 22.

ARGVM ENTV M.

Comprehensus in templo Paulus Iudeus, illa critur a Lysia tribuno, eiul-
que permisso apud Iudeos canit dicte. Sed illis tumultuantes Lysias e-
am virginem cedi iubet: verum ubi ciuem Romanum esse cognovit, solute.

Iudei, Lysias, Paulus, Centurio.

SUC-

Succurrите viri Israelita. Hic est homo ille, qui contra
populum, legem, & lucum hunc omnes ubique docet.
Quinetiam Grecos introduxit in sacrum, & sanctum
hunc locum profanavit. Al. Extrahamus eum è fano, in-
terimamus eum. Quid expetamus? tampridem debuit
interfici. Quod si fallum esset, haec turbas evitassimus.
Al. Vapula, horum seditione. Hic nos te ieiibus trucidabis.
Hem tibi. Al. Desinamus hunc verberare populares:
nam video hoc venire tribunum eum militibus. L.
Vnde tam subito tanta orta est sedition? Echo biccine
in causa est? Comprehendite hunc milites, & ei iniuste
catenos. Quisnam est? Aut quid fecit? Tacete clamoris
homine. Possimne ex vobis scire, quidnam commiserit?
Alius alius nescio quid clamat. Nihil intelligo, abducatur
in castra. Que(malum) hec tanta violentia est? Hic
iam, credo, opprimemur in turbis. I. Interime eum.
P. Licet ne mihi te alloqui? Ly. Scilicet Græci? Nonne tu
es Egyptius ille, qui superioribus diebus concitata
seditione, eduxisti in Syria illa quatuor millia hominum
fictariorum? P. Ego homo sum Iudeus, Tar-sensis, cuius non
obscurae Cilicia civitatis. Sed oro te, permitt me mibi ad
populum loqui. L. Permitto. P. Audite meam hanc ad vos
defensionem fratres & pares. Ego homo Iudeus sum,
Tar-si in Cilicia natus, & in hac urbe educatus ad pedes
Gamalielis, patris legibus accuratè institutus, & Dei
cupidus quemadmodum vos omnes e Elis hodie: qui hanc
vivendi viam sum capitaliter infectatus, viros simul &
mulieres constringendo, & in carcerem coniuciendo. Te-
stis est mihi Pontifex, totiusq; senatus, à quibus etiam
epistolam ad fratres accepeream, & Damascum proficisci-
bar.

bar, eos quoque qui ibi essent, vinculos Hierosolymam ad supplicium adducturus. Sed in eo itinere cum appropinquarem Daramscu, circiter meridiem, repente de celo multa a me lux circumfusa: & collapsus ad terram vocē audiui dicentem mihi: Saule, Saule, quid me insectaris? Tum ego: Quis es Domine? Atque ille: Ego sum Iesus Nazarenus, qui et tu insectaris. Qui autem mecum aderant, lucem viderunt illi quidem, & territi sunt, sed vocem non audirent alloquenter me. Tum ego: Quid agam, Domine? Et Dominus, surge inquit & proficisciere Damascum. Ibi tibi dicitur omnia, que se facere statutum est. Cumque pro locis illius splendore non viderem, manu ductus a meis comitibus, perueni Damascum. Ananias autem quidam vir pius, & legi conscientier viuens, testimonio omnium illuc habitantium Iudaorum, venit ad me, & astante mihi, Saule frater inquit, affice. Cumque ego eodem temporis vestigio in eum intutus essem, Dei patrum nostrorum (inquit ille) destinauit te ad cognoscendum eius voluntatem, & ad iustum videndum vocemque ex eius ore audiendam: quamnam testis eius tu es apud omnes homines, earum rerum quas & videris & audiueris. Et nunc quid cunctabaris? Agedum abluere, & innocato Dominum nomine peccata tua elue. Reuero autem mihi Hierosolymam, & in templo oranti, accidit, ut extra me ipsum rapius, videarem eum dicentem mihi: Propera, & Hierosolyma celeriter exi: non accipiente enim suum de me testimoniū. Cui ego: Domine inquam: sciunt ipsi ut ego solitus sum in custodiā dñe, & per collegia virginis cadere eos, qui tibi confiderent: utq; hi cum testis Stephani sanguis effundereetur,

ego adesse, & eius nec consentiens vestimenta custodirem eorum qui cum interficiebant. Tum ille, Vade inquit, nam ego te adprocul remotas gentes amandabo. In. Tolle istum ex orbe terrarum: neque enim conuenit eum vivere. L. Nihil unquam tale vidi. Necesse est grauiorem aliquam esse causam qua viuiserum populum in hunc commoveat. Neque enim ita clamarent, & uestes discindentes, pluere magis, in aerem iacerent. Hac non solent sine maxima causa fieri. Milites, intronitite eum in castra, & virgine cogne causam fateti, proper quam causam ita in eum clavent. Cen. Fiet. Dispoliessat iam & funibus abiegetur. P. Licetne vobis hominem Rom. manum indemnatum verberare? C. Vide quid agas, Lysia. Nam hic homo Romanus est. L. Itane? Adabo eum. Dic mihi, es ne Romanus? P. Etiam. L. Ego ipse magni pretio in istam civitatem suscepimus sum. P. At ego natu sum. L. Desistite milites: iam sat super erga factum est.

SENTENTIA.

Iniqui homines veritatem vi opprimere conantur. Pelliciū et medio sapientia, vbi vi geriuntur. Romana ciuitas plus habet autoritatis aoud honestes, quam Christiana. Sic fit & hodie: si cuius prepotentis ciuitatis aut principis autoritate commenderint, locumunque inuenies. Sin nihil nisi iustitiam habes, vilissimus eris.

ANANIAS. AD. 23.

ARGUMENTVM.

Paulus vinculus Ananiam pontificem accirimere reprehendit, ut exlegem. Deinde dicens se sperare resurrectionis eam, & hariseos & Sadduceos inter se committit, & ab illis aduersus hos defendit.

Paulus, Ananias, Assistentes, Lysias,
Sadducei, Pharisei.

Fratres, ego ad huc tempus, Deo consciente, optimè mibi conscientia fui. An. Perentiatur ei os. P. Percussuras est te Deus parties incrufstate: Ergo tu sedes, ut de me ex

lege indices, & contra legem iubes me pulsari? A. Pos-
tifici Dei consiliarius? P. Nesciebam fratres, cum esse po-
tifices. Scriptum est enim: Principi populi tui ne male-
dicio. Verum audite fratres, qui in hoc concilio adestis.
Ego Phariseus sum, Pharisaei filius: sperata resurrec-
tio nosterorum regnum sum. S. Iepidū negotiorē: hoc se modo
enadere posse sperat. P. Nō male loquitur: nihil in eo mali
video. Quod si spiritus cum eo locutus est, aut aliquis Ge-
nus, ne Deo repugnemus. Sad. Ideo cū defēditis vos quia
se vobis cū sentire clamat. Ph. Nos eum ideo defendimus,
quia defensione dignus est. Quid enim cōmisit? Vulnus op-
primere insontes? Sa. Imo vos vultus tueri santes? L. Vide-
ā nobis est, ne hic ab istis discipratur. Tu iube hoc des-
cendere exercitū, ut eis eripiatur, & in castra abducatur.

SENTENTIA.

Injustus iudex incurvatus paries. Pīs prolunt interdum aduersariorum
 iaceat se contouerterit, quemadmodum inter iuxitanos canibus evadunt
 homines. Si quando tuerit simulacrum magis sui, quam aqui amore
 facit.

NEPOS PAVLI. Act. 23.

ARGUMENTVM.

Lysias a Pauli nepote de Iudeorum in Paulum coniuratione cettior fa-

ctus, copias parandas curat, qua Paulum ad Felicem prætorem tuco per-

ducant.

Centurio, Lysias, Nephos Pauli.

Paulus, is qui est in vinculis, me enocatum rogauit
 ut hunc ad te adolescentulum adducarem: habere
 enim eum aliquid ad te. *L. Cedo tibi manum, adolescentule.* Dic tibi hic in occulto, quid habeas quod velis
 tibi enunciare. *N. Indat constituerunt petere a te, ut*
eras in consilium educas Paulum, quæsi aliquid diligenter
in eum quaesitum. Sed tu noli eis obtemperare: nam
insidiator ei homines ex eis supra quadraginta, qui se
denonierunt,

denonierunt, si vel comedenter, vel biberent, quin eum in-
terfecissent. Et nunc parati, suum mandatum expectant.
Ly Lando te, quod me scitè admonuisti. Discedes hinc &
nemini hec indicabis, que mihi demonstrasti. Vos duo
Cenitores, paratos habete milites ducentos qui Caſa-
reant proficiscantur, & equites septuaginta, hastatoq;
ducentos horam tertiam noctis, & iumenta adhibete, ut
eo impositum Paulum, ad Felicem prætorem perducant.
Ego ad eum epistolam scribam.

SENTENTIA.

Fidi homines pīs pertinacissime insidiantur. Sapientius est in geni-
 bus iniuriant, quam in illis quis le Dei populum gloriantur.

TERTULLVS. Act. 24.

ARGUMENTVM.

Paulum accusat Tertullus orator, apud Felicem prætorem. Paulus crimi-
 na dilute. Felix causa cognitionem differt in aduentum Lysias tribuni, Pau-
 lumque iubet remissum custodiiri.

Felix preses, Tertullus orator, Paulus,
Concio Iudeorum.

Adest his rebus ille Paulus, Anania pontifex & vos
 seniores. Superest, ut uester orator accuset. Tert.
 Quod maxima pace per te fruimur, quodque tua pru-
 dentia hec prouincia recte administratur, nobis omnino
 gratissimum est, optime Felix, & agimus gratias quas
 possimus maximas. Sed ne tibi diuiniſ ſim moleſtus,
 queſo ut nos pro tua equitate paucis audias. Inueni-
 mus hominem hunc pestilentem & ſeditionis omnibus:
 ubiq; terrarū Iudeis concitatem, ac ſecte Nazarenerum
 principem, eo utque ut etiam fanum profanare conauer-
 sit. Eum nos comprehenſum, voluimus ex noſtra lege
 iudicare. Sed interceſſit Lysias tribunus, cumq; magna vi
 & manib; noſtri eripuit, ac inſiſ ut eius accuſatores

*apud te adesse. Ex quo quidem Lysia poteris, si querere voles, certior fieri de omnibus criminibus, quibus nos bunc insulam. Atque hec ita se habere, testis est universa Iudeorum, quos adesse vides, concio. C. Ita est. P. Licetne mihi causam dicere? F. Licet. Pa. Evidenter eò confidentes pro me dico, quod scio te multos iam annos huic genti ius dicere: ut possis intelligere, me non plures duodecim compleuisse dies, ex quo Hierosolymam ad dominum cultum concessi. Neq; vero me in templo inuenierunt cum aliquo colloquente, aut vulgi seditionem facientem, neq; in collegijs neq; oppidatim, nec me eorum possunt connovere, de quibus accusant. Illud autem libenter apud te confitebor, me ex institutione, quam seculum dicunt, Deum colere patrum, fidemq; adiungere omnibus que in disciplina nostra & variis scripta extant: tantumq; mibi deo spondere: ut exploratum habeam, mortuos tum bonos, tum improbos, aliquando reuicturos: id quod ne ipsi quidem non sperauit. Atque evidenter in id incumbo, ut rectam conscientiam Deo semper hominibusq; probore possim. Veneram autem post annos coriplures vi numeribus egestationem nonnullorum meorum popularium attenuarem, ac ferta libarem cum me expiatum offendenterunt in fano, nulla cum turba, aut tumultu, sicut quidem ex Asia Iudei quos oportebat apud te prestat esse, & accusare, si quid in me haberent. Aut etiam hi, si quod deprehenderem in me crimen, dicam sane dum adsto in consilio. Nisi foris criminosa est una hac vox quam inter eos sic clamaui: Ego hodie a vobis reus agor defensa mortuorum resurrectionis. F. Jam finem facite. Cum Lysias tribanus venerit, cognoscere de vestra causa. Interea tu Centurio, Paulum ch-
fodi,*

fodi, ita ut remissius habeatur: neque aliquis necessarium eius auditu aut famulatu prohibeatur.

SENTENTIA.

Veritatis profissionem, editionem interpretatur calumnia. Columnatores modo ementendo, modo torquento, nihil candide dicunt. Columnatores, calumnia impune est, infonduit innocentia non item. O iudices, ubi nam dormit lex talionis?

Festus. Act. 25.

ARGUMENTVM.

Paulus ad Agrippam regem causam dicit, in qua de sua legatione, mortuorum reliquie dificit. Festus praeceps eum in sanum appellat. Agrippa in absentia iudicat.

Festus praecepit, Agrippa rex Paulus.

V Idem hunc hominem, Agrippa rex, & omnes viri, qui hic adestis, de quo omnis me Iudeorum multitudo, tu Hierosolymis, tum hic interpellauit, clamans, indignum esse eum vivere amplius. Ego vero cum compressem, nihil eum capitale admissem, & ipse ad Augustum provocauisset, statim mittere: & tamen quid certum de eo scribam ad Dominum, non habeo. Ea de causa produxi eum ad vos, & maximè ad te, rex Agrippa, ut re dignissita, habeam quod scribam. Absurdum enim mibi videatur, mittere in libertum: neque criminata que si imponantur, significare. A. Liberum est tibi, protocipio dicere. P. Quod omnia, de quibus à Iudeis postulor, hodie sum apud te rex Agrippa, defensurus, hominem Iudaicarum consuetudinum atq; controversiarum vel in primis peritum, equidem beatum me existimo. Quid mobrem oro te, ut me aequo animo audias. At mean quidem allam ab inventa etate vitam (principio enim versatus sum Hierosolymis inter meos populares) norunt omnes Iudei, iam diu sicutentes (modo velint satiri) me vixisse Pharisæum, que exaltissima nostra religionis secta est. Et nunc hic forens, pre-
ramus.

rate prestatonis eorum, que maioribus nostris à Deo promissa sunt: quò quidè se peruenientur duodecim tribus nostrae, Denique noctes dieisque assidue colendo sperant. De hac spere rex Agrippa, à Iudeis accusor. Itane verò incredbile apud vos indicatur à Deo mortuos excitat? Equisdem statueram, multamib[us] contra Iesum Nazareni nomen esse facienda, itaq[ue] feci Hierosolymis, multòque sanctorum per potestatēm, qua mihi à pontificib[us] permitta erat, in carcere cōclaus & capite mea sententia dānani. Quin eos per omnia collegia, tormenta sepe cogebam nefaria discere: iamq[ue] immodicē in eos furens, persecutus erit ad exterias urbes. Cumq[ue] aliquando profici sceret Damascū, cum potestate mibi a pontificib[us] permitta, di medio Regi in itinere vidi de celo solis splendore manus lumen, quod me mēsque comites circumfusit. Cūmque omnes ad terram corrisserint, vocem audiui affantis me, & Hebreo sermone dicentis: Saulo, Saulo, quid me insectaris? Durior tibi fuerit contra stimulos calcitrare. Tumeo: Quis es, inquam, Domine? Ego sum, inquit ille, Iesus, quem tu infestas. Verum surge, & confite in pedes. Nam eo tibi apparui, ut te ministrum & testem consilium eorum que vidisti, queaque tibi denonstrabo, vindicando te à populo & gentibus, ad quas te nunc missio, ad eorum oculos aperiendos, ut è tenebris in lucem & ex Satane possestant ad Deum se conuertant, & ita peccatorum veniam consequantur, & ad eandem causam fortens permaneant. Qui, quia in fidem meam venerunt, sancti facti sunt. Nec ego rex Agrippa, ecclesiis visioni non tui dicto audiens: quin primum eis, qui Damasci erant, & Hierosolymis, perg[ue] omnem Iudee regionem,

regionem, nec non ipsi gentilib[us] correctionem vite de-
muniarem, & exhibitarer, ut ad Deum se se cōverterent,
& vita correctionem factis ostenderent. Hac me causa
Iudei in fano comprehensum, combatunt interficere. Sed
dīnīo p̄s̄dio ad hunc usq[ue] diem steti, paruos iuxta aō
magno cōmōne fucis s, neq[ue] quicquā dicens excepta ea,
quæcumq[ue] ceteri vates, tum Moses futura ante denuncia-
serunt: Christianū videlicet esse mortem passurum, pri-
mumq[ue] ex mortuū in vitam renocatum, lucem populo &
gentibus nūcialitum. Fe. In sanio Paule; Nimi te li-
tere ad insaniam redigunt. Pa. Non insanio optime Feste,
sed veracis & sobrii hominis verba profero. Scit rex, ad
quem confidenter loquer, ut quem nihil horum latere p̄-
tē: neq[ue] enim in tenebris gestum est. Credidisse rex Agrippa
vatiū? Credisco. A. Prop̄p̄ modum mibi persuades,
ut Christianus siam P. Deus faciat, ut non prop̄modum,
sed plāne, non solum tu, sed etiam omnes, qui me audirent
bonitatem, fiant tales, qualis ego sum: exceptis his vinculis.
Fe. Surgamus: discedamus hinc. Hic homo mibi videatur
nihil misere dignum aut carcere commississe. Ag. Poterat
absoluti, nisi prouocauisset ad Cesarem.

SENTENTIA.

Vera sapientia flutorum iudicio infans est. Licet interdum ex calun-
niatore mente magis quam verbis crimina diluere. Neque enim nominatim
accusabatur Paulus de refusione mortuorum: sed cum esset in ip-
suis de Stris (que ei criminis dabatur) etiam refusatio, seruit non iniuste-
fice sua.

IV DEX. Mat. 25.

ARGUMENTVM.

Christus in ultimo aduentu suo, de bonis malisque sententiam pronun-
ciat.

Iesus Index, Dextri, Sinistri.

V Erite beati patris mei, possidete paratum vobis
regnum.

DIALOG. SACRORVM

regnum ab orbe condito. Nam cùm esurirem dedisti mihi comedere, cum fuisse, bibere: hospitem me accepisti: nudum, uestiuiisti: agrum visitauisti: in custodiā datum, inuisisti. D. Domine quando te vidimus esurientem, ut aluerimus? Ahi stientem, ut potuā dederimus? Quando autem hospitem, ut acceperimus? Aut nudum, ut uestiuerimus? Quando agrum aut in vinculis, ut inuiserimus? I. Credite mihi quatenus minimo horum fraurum meorum fecisti, mihi fecisti. Vos autem abite à me, execrabilis, in ignem eternum. Veioi, cīsq; genijs paratum: qui me neque esurientem cibo, neq; stientem potionē refecisti. Hospitem non inscipisti. Nudum non uestiuiisti. Infirmam & in carcere connectum, non inuisisti. S. Domine, quād te vidimus esurientem, aut stientem, aut hospitem, aut nudum, agt infirmū, aut in carcere, neq; subuenimus? Ie. Credite mihi, quatenus horum minimo non fecisti, mihi non fecisti.

SENTENTIA

Pro suis quaque factis remunerabitur Christus. Quod culuis Christianorum sit, id ipsi Christo sit.

DECEM

DECEM DEI PRÆCEPTA,
ET ALIA DEINCEPS SEQVN-
tia qua ad Reipubl. institutionem pertinente
ex Brod. cap. 20, & reliquis,

DEUS HAC OWNIA ISRAELITIS AD HUIC MODUM
affatus est: Ego sum Iehova Deus tuus, qui
te educis ex domicilio servitutis Ægyptie.

1 Deos alios nullos preter me habero.

2 Simulacrum nullius rei, que extet aut
suprà in caelo, aut infra in terra, aut in aquis sub
terra, ne facio, nee ea venerator, nee colito.
Nam ego sum Iehova Deus tuus, Deus impatiens
socij: qui parentum culpam etiam in liberos per-
sequor, vel ad tertiam usque quartamq; stirpem
osorum mei: clementiāq; viror ad millesimam
usque stirpem erga mei amantes: meaq; precepta
conseruantem.

3 Iehova Dei tui nomen inaniter ne adhibeto:
neque enim sinet impunitum Iehona, qui eius
nomen inaniter adhibuerit.

4 Diem Sablati sanctè agere memento.
Sex diebus agito, tuaq; opera omnia patrato; Sep-
tima autem die, quod Iehova Dei tui Sabbatum
est, nekum opus facito, ne tu, ne tuus filius aut
filia, non tuus seruitus, aut ancilla, ne tuum
iumentum, ne apud te degens peregrinus. Nam
cūm sex diebus fecisset Iehona cœlum, terram,
mare, queque in eis sunt omnia; feriatus est die
septimo: qua de causa Iehona diem Sabbathum
faustum sacrūmque fecit.

5 Parentem utrumq; honorato, ut diu etatem producas in terra, quam tibi Iehova Deus tuus donat.

6 Ne hominem occidito.

7 Ne adulterato.

8 Nefurator.

9 Falsum testimonium contra alium ne dicito.

10 Alterius domum ne concupiscito: alterius uxorem ne concupiscito: néc seruum: aut ancillam, néc bouem, aut asinum: nihil demig quod sit alterius. Hic uniusversus populus vixi fragoribus, fulguribus, tubis sonitu, & monitis fumo, perterriti abscedere: proculstantes à Mose petiere, ut ipse eis audientibus loqueretur, non Deus, ne emorirentur. Quibus Moses: Ne metuistis, inquit: nam ad vos tentando venit Deus, utque vos eius timor ob oculos propositus à peccando deterreat. Igitur proculstante populo accessit illam caliginem, ubi Deus erat. Et Iehova Moysi fatus est: Commemorato Israëlitus, ut me secum de celo viderim loquenter, ne preter me Deus sibi argenteos aut aureos fabricentur. Sed mihi cespitum altare fiet, in quo solidi sacrificia, & pro salute balantibus bubus nre faciat: quo unq; in loco mei nominis monumentum posuero, ibi vos audiatur, vobisq; prospiceratus. Quod si enibz altare lapidatum fiet, ne ex quadrato lapide excitato: nam id ferramenta ad mouendo profanaretur. Nene per gradus ad menum aliave ascendetote, ne iu eo obscena vestra appareant.

Hec

Hec autem eis iura propones; Si emeris seruum Hebreum, sex annos seruito, septimo autem anno manumittitor gratuūd. Si cælebs venit, cælebs manumittitor: si maritus, uxor cum eo manumittitor. Si dominus ei uxorem dederit, ex qua filios aut filias procreaverit, famina & nati domini sunt: ipse solus manumittitor. Quid si seruus captus amore sui domini, & uxoris & filiorum, noluerit manumitti, cum dominus ad recuperatores adducito, eiq; ad valorem aut ad postrem applicato, anarem subula perforato, & ille ei perpetuum seruito.

Siquis filiam suam vendiderit in famulatum, ea ne seruorum in moorem manumittitor. Si ea domino displacebit, nec te eam despenderet, redibet. In extraneam gentem emancipiandi potestas ne esto, quia aenti afficit ignominia. At si eam filio suo destinaverit, eodem iure cum eo quo liberis agito. Sialiam duxerit, banc vietū, ventu, congressu ne fraudato. Si tria haec ei non confecerit, manumittitor gratis sine precio.

Qui hominem pulsauerit siis mortuus fuerit, capitale esto. At qui non captauerit, sed in eum forte fortuna incurrevit, statuam vobis locum, quo consigiat. At si quis alterius necem per dolum de industria machinatus fuerit, is vel ab aramea ad necem abstrahitor.

Qui patrem aut matrem pulsauerit, capitale esto.

Qui hominem cleperit eumq; vendiderit, aut

is

is apud eum inuentus fuerit, capitulo esto.

*Qui patre aut matri maledixerit capitio
pena esto.*

*Si quis alterum orta contentione percusserit
lapide, aut pugno, sille non fuerit mortuus sed
in lecto decubuit, si surrexerit, & foras baculo
innexus inerit, percussor sine fraude esto, tantum
illius cibaturus & medicationem prestato.*

*Si quis seruum suum, aut ancillam baculo per-
cusserit, si prius mors sequuta fuerit, tenetor.*

*Verum si unum aut alterum diem superstes-
tia est, e-fuerit, ne tenetor, quoniam * pecunia eius est.*

*Si qui dimicando mulierem grauidam vul-
nerauerint, & aborium intulerint. Si pernicias non
fuerit, ad estimationem mariti mulieris vulnilla
esto, & ad eam rem arbitrisuntur. Si autem per-
nicias fuerit, vitam pro vita pendito, oculum
pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu,
pedem pro pede, si sugillationem pro sugillatione,
vulnus pro vulnere, vobis pro vobice.*

*Si quis serui sui, aut ancille oculum percussit,
eumque corruperit, cum manummittit pro oculo.
Et si serui sui aut ancille dentem decussit, cum
manummittit pro dente.*

*Si quem bos virum, aut fanniam cornu peti-
uerit, & si mortuus fuerit, bos lapidator, eius ca-
ro ne comisior, dominus bonis impunitus esto. At
sibos antea fuerit petulcus, & eius dominus ad-
monitus fuerit, neque tamen custodierit, si seruum
aut fanniam occiderit, & bos lapidator & eius
dominus*

Sibos
pulsau-
erit.

21

*dominus morte plebitior. Si ei multa impos-
netur, tantum vite, sine pretium dato quantu-
mque ei fuerit impositum. Siue perhunc pe-
tinerit, siue pueriliter idem iuris esto. Si seruum
petuerit bos aut ancillam, argenti triginta
solidi domino solvantur, bos dilapidator.*

*Si quis fossam vel aperuerit, vel dimiserit,
nec obduxerit, & eo deciderit bos aut asinus,
auctor fossi prestato, argentum domino illius
soluto, ipsum mortuum habeto.*

*Si cuius bos alterius bouem vulnerauerit,
& ille mortuus fuerit, bouem vimum videntio,
& eius pretium dividunt, & mortuum etiam
dividunt. Aut si non fuerit, bouem antea esse
petulcum, neque cum dominus eius custodierit,
bonum bone pensato, ipse mortuum habeto.*

*Si quis bohem, pecus, siue clepsirerit, mactane. Vitium bo-
rit, aut vendiderit, quinque boves, pro uno
reddito, & quarmor balantes pro una.*

*Furti Poem
Cap. a-*
*Si fur insurripiendo deprehensus, illius fu-
erit & inde mortuus, homicidiu[m] pena ne esto
(nisi orto sole) tum homicidiu[m] pena esto. Si ha-
bet unde reddit, redditio: si non habet, vendi-
tor pro suo furto.*

*Si deprehensum fuerit furtum penes eum,
bos, asinus, oves, capra vivens, duplum redditio.*

*Si quis emisso pecore copancerit fundum aut
vineam alterius, damnum sarcito de optima
parte fundi sui aut vineae.*

Si in spinas inveniessus ignis metu, aut segete,

2

att

*aut messem corruperit; auctor ignis detrimen-
tum prestato.*

*Si quis apud alterum argentum supellecti-
lēmne reposuerit, idē de illius domo surreptū
fuerit, si fur deprehensus fuerit duplum red-
ditō. Si autem fur non deprehensus fuerit, iū
dominus domus ad recuperatores vocatō, ni
rem alterius interverterit. Quacūq; in re cri-
men statuetur in bove, in asino, in ovo, in capra,
in vesta, quacūq; res erit amissa, que cuius di-
cator, causa amborum ad recuperatores de-
fitor. virum condemnauerint recuperatores,
alteri duplum redditō.*

*Si quis alterius fidei asinum, bovem, onum,
capram, aut quodvis pecus cōmiserit, siā nul-
lo vidente fuerit mortuum, aut fractum, aut
abactum, insurandum Iehouæ interponitor,
illum rem alterius ad se non auertisse: eamq;
satisfactionem dominus rei accipito, neq; fidu-
ciarius rem redditō.*

*Quod si ei furto oblatum fuerit, damnum
prestato domino rei. Si in rapta feris fuerit,
testem exhibeto, neque raptum prestato.*

*Si quis quid ab altero utendum acceperit,
et id fractum aut mortuum fuerit, domino rei
absente damnum prestato. At prafēte ne pre-
stato, si conductitum, et pretio addictum erat.*

*Si quis virginem non sponsam pellecerit, et
cum ea concubuerit, eam sibi in matrimonium
dotato.*

Si

*Si puelle pater eam locare illi nolit, argen-
tum pendito, ut fieri deos virginum.*

Sagas viuere ne sumite.

*Quicunque rem habuerit cum bestia, capi-
tale esto.*

*Qui dij sacrificauerit, sacratus intereat,
nisi viri Iehouæ.*

*Peregrinum ne premito, néne angito: nam
peregrini suis sis in d'egypto.*

*Viduam nullam, aut papillum premito: si
professis, cum ad me conquerentur, eorum ego
querelas exaudiām, in atū que ferro vos truci-
dabo, eruntq; vestra coniuges vidua, & liberi
pupilli.*

*Si cui meorum pauperitatem versanti pe-
cuniam mutuaueris, ne tu ei faneratorem
præbeto, ne ei usuram imponito.*

*Si alterius uestem in pignus acceperis, ante
solis occasum reddito: nam id unū habet operi-
mentum, cum cuticule amictū, in quo recubat:
qui si apud me questus fuerit, exaudiām, ut
sum misericors. Magistratus ne maledicito.*

*Ne enī execrator, qui est in tua natione prim-
eps. Fruges & liquorem tuum ne auertito.*

Primogenitum filiorum tuorum mihi dato.

*Idē in bobus & balantibus facio. Septē dies
cum matre sua esto, octauo die id mihi dato.*

*Prestato vos mihi puro homines: & carnē
viri raptā ne gustatore, sed ad canes proiectore
Auditionem falsam ne accipito.*

2

Socie-

Societatem cum impio ne coito, ut sis testis
inimici. Multi cunctem in visio ne sequitor,
nene in lite de reblo in sententiam multitudi-
nis deflebito. In opere in lite ne indulgeto.

Si aduersarij sui bouem, asinusq; offendere
errantem, ei reduceto. Si inimici tui asinus
videris oneri succumbuisse, ne ei auxilium de-
negato, sed opitulator.

Inimici tui iuu in lite ne depravato.

A refalsa abesto. Infontem & influm ne
interfici oman ego iniquum non abfoliam.

Néne donum accipio: nam donum cecat
etiam per spicaces, bonorumq; virorum oratione
perverteri. Peregrinum ne vexato: scitis enim
vos que si mem peregrinorum, ut qui pera-
grini fueritis in Egypto.

Sex annos arum tuum conferito, eiusq; pro-
uenienti percipito: at septimo intermitto, remit-
titoq; ad cibatum egenorum popularium tuo-
rum, & (si quid illis superfluerit) bestiarum
terrestrialium. Idem in vinea & oliveto facito.

Sabbatum. Sex diebus opus tuum patrato: at septimo
feriator, ut requiescat bos tuus, asinusque, vi-
res respiret natu ancilla tua peregrinusque.

Omnia que canque dixi vobis seruatote.

Nominis alienorum decorum memoriam ne
ejusprato, néne in ore habeto.

Festi dies. Tribus téporibus in anno mibi festa agito.
Azymalia seruant, per que septē dies Azymia
vesceris (ut praecepisti tibi) statuto tépore mensis
verni,

verni, quia in eo emigrasti ex Egypto. Ergo coram
me vacchi ne apparento. Item messalia primis uariorum
frugum operis tui, quasi in agro sequeris. Item conditalia
in exitu anni, ubi tuas fruges ex agri condideris.

Ter quotannis omnes thymares in confinium Domini
Iehoue sustentor.

Cum mea victimae sanguinem, cum malando effusa
des fermentum ne habeto.

Mei festi adeps in posterum diem ne pernoctato.
Principium primis uariorum frugum tui fundi in adem Ia-
hone tui infero.

Hec dum in sanguine matris suae ne coquise.

2 3

DIALOGORVM SACRORVM

LIBER PRIMVS.

Catalogus.

A damus.	Fol. I	Gedeon.	ibid
Cainus.	2	Iephtha.	26
L otus.	2	Rutha.	27
Abrahamus.	5	Boozus.	ibid
Ephron.	5	Discalceatus.	28
Rebecca.	6	Samson.	29
Idumeaus.	7		
Venadre.	ibid		
Jacobus profugus.	8		
Laban.	9	Elis.	29
Jacobus redux.	10	Saulus.	30
Josephus venditus.	11	Samuel.	ibid
Josephus captius.	12	Soritilegium.	32
Josephus correcotor.	ibid	Obedientia.	ibid
Josephus agnitus.	13	Goliathos.	33
Moses expositus.	15	Ionathan.	35
Dumus.	ibid	Nouilumium.	36
Vitulus.	18	Achimolechus.	ibid
Conquerentes.	ibid	Doegus.	ibid
Calebus.	19	Danidlatians.	39
Balaamus.	20	Abigal.	40
Transiordani.	21	Abijas.	41
Rachaba.	22	Phœbas.	42
Gabaonite.	23	Achis.	43
Iosua.	ibid	Amalechita.	ibid
Iael.	24	Nathan.	44
Gedeon Triturans.	25	Thechana.	ibid

LIBER II.

Semeis.

Achitophel.	45	Inauha.	78
Absolomus.	46	Olofernies.	79
Berezeus.	47	Virago.	81
Bethsaba.	48	Susanna.	83
Salomon.	ibid	Chaldaei.	84
Rabeamus.	49	Daniel.	ibid
Sarephana.	ibid	Fornax.	85
Elias.	50	Balsafar.	87
Michæas.	ibid	Haman.	89
Sunamitis.	53	Artaxerxes.	90
Naaman.	54	Nehemias.	ibid
Hazaell.	ibid	Veritas.	91
Iehus.	56		
Ioas.	ibid		
Jonas.	61		
Rabfaces.	ibid	Maria.	
Ezechias.	67	Baptista.	93
Ieremias.	68	Nathanael.	94
Ananias.	69	Nichodemus.	ibid
Sedecias.	70	Sumaritana.	ibid
	71	Centurio.	96
		Piscatores.	97
		Simon.	ibid
Tobias.		Iairus.	ibid
Asmodeus.	ibid	Philippus.	98
Ragnel.	73	Paris.	ibid
Tobeus.	75	Preposteri.	99
Raphael.	ibid	Chananæa.	100
Achior.	76	Fermentum.	101
	ibid	Claniger.	ibid

INDEX.

24

Lu-

INDEX.

Lematus.	102 Simon.	115
Lapidantes.	103 Lingue.	ibid
Cæcus natus.	104 Claudius.	117
Renovalia.	106 Primates.	118
Thomas.	107 Gamaliel.	119
Lazarus.	ibid Stephanus.	ibid
Repudium.	108 Cornelius.	122
Dives.	ibid Circumcis.	123
Dives immiseri.	109 Rhode.	ibid
Fili Zebedai.	110 Philo ^{phi} .	124
Vinitores.	ibid Lysias.	ibid
Denarius.	111 Ananias.	126
Sadduc ^{ti} .	ibid Nepos Pauli.	ibid
Petrus.	112 Tertullus.	127
Pilatus.	114 Festus.	128
Barabas.	ibid Index.	129

FINIS.

